

senius constitutus procuratorem ad contrahendum matrimonium contentis in mandato, sufficit eius dissensus clare probatus; ex quo consequitur tacita reuocatio mandati precedentis, taciti namque & expressi idem est iudicium l. cum quid, ff. si cert. per. cum siml. praeipue cum in vitroque militet eadem ratio, nempe defectus consensus, ut in proposito.

CAPITULUM XLIV.

Tertius Articulus principalis circa casum in praxi contingenti inter duos magnates, an in eo sufficiens fuerit probatus dissensus ad reuocationem mandati prius dati de contrahendo matrimonio cum altera: ita ut secundum matrimonium tenuerit, non vero primum, velè contra?

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonium primum solemniter in facie Ecclesie celebratum per procuratorem habentem ad id speciale mandatum praefertur secundo, dum non consistat de mandati reuocatione, & numeris sequentibus.
- 2 Testes singulares regulariter non faciunt fidem.
- 3 Nulle testes singulares tantum probant quantum vnus.
- 4 Testes redduntur singulares ex diuersitate loci & temporis, quod procedit etiam quando testes singulares tendunt ad eundem finem, etiam si deponant in genere super eodem facto principali, ut in numero 3.
- 6 In dubio pronuntiandum est pro matrimonio.
- 7 Verba enunciativa non inducunt dispositionem, quando contingit principaliter dubitari de eo, quod enunciatur, & nunc dubitatur.
- 8 Verba enunciativa dicuntur illa, quae continent praesulium, vel praesulium, in quibus non consistit voluntas; seu per se non stant, sed in aliud transiunt, & non est verbum principale orationis.
- 9 Testes in causa matrimoniali requiruntur omni exceptione maioribus, sed contra num. 68, cum sequentibus.
- 10 Testis omni exceptione maior dicitur ille, qui nulla exceptione repellit potest.
- 11 Testis omni exceptione maior, seu omni suspitione carens non est ille, cuius fides non tantum ex obiectioe perimitur, sed & amittitur, cuius opinio in discrimen, & magnam dubitationem reuocatur.
- 12 Testis qualitas, quod sit maior omni exceptione, debet deduci, & probari, & ideo cauti debent esse aduocati in hoc.
- 13 Testes consanguinei, & affines in causa matrimoniali non sunt omni exceptione maiores, sed contra infra numero 68, cum sequentibus.
- 14 Testes consanguinei infra quartum gradum uxoris secunda matrimonij carnaliter cognatae, non sunt admittendi contra primum matrimonium.
- 15 Frater deponens pro fratre in causa matrimoniali non facit fidem, nisi pro valore matrimonij.
- 16 Testes invidiosos, & progenera matrimonij, an faciant fidem pro eo? & numero 17, & numero 92, & 93.
- 18 Testes familiares, & domestici non sunt maiores omni exceptione in causa matrimoniali.
- 19 Amicus, an sit idoneus testis?
- 20 Testes, quia alias sunt inhabiles an admittantur in his, quae sunt difficilius probationis, & sic in subsecutis, ut sunt ea, quae communiter occulte fieri consue-

- uerunt, & sic quando veritas aliter haberi non potest? & num. 21.
- 22 Testibus in his, quae domi sunt magis creditur domesticis, quam aliis.
- 23 Familiares Episcopi, vel Principis admittuntur in testes pro domini suis, si sint persona valde honesta.
- 24 Testes inhabiles admittuntur quando concurrunt cum alio habili, quod procedit etiam in duobus testibus examinatis, quorum vnus esset inhabilis, alius vero plusquam habilis, ut in numero 25, sed hoc procedit quando ex natura rei, de qua agitur, probanda, veritas aliter fieri non potest, ut in crimine Haerese, conspirationis, & similia; scilicet vero si ex accidenti non possit per alios probari, quomodo procedit quando sumus in his, in quibus, nec habuit, nec alii ex communi cursu, verum haberi potest, ut in numero 26, vbi exempla ponuntur.
- 27 Testes domestici ad probandum ea, quae domi facta sunt non recipiuntur, quando agitur de matrimonio dissolueno, & interuenit culpa productus.
- 28 Testes inhabiles producti ab eo, qui potuit adhibere testes habiles, & eos non produxit, non probant, etiam si factum sit de sui natura difficili probationis.
- 29 Testes inhabiles etiam quando veritas aliter haberi non potest, non probant, si patiantur iures defensionis, neque sunt testes integri, & omni exceptione maiores.
- 30 Testes inhabiles etiam quando concurrunt cum alio habili, non admittuntur in casu matrimoniali, in qua etiam numerus testium non supplet, idemque est in alia causa civilis graui, sicut nec in causa criminali.
- 31 Matrimonium an ex solo metu reuerentiali contrahitur sit nullum, aut validum? & numeris sequentibus.
- 32 Metus solus reuerentialis viri erga uxorem, parentis erga filium, &c. an sufficiens sit ad rescindendum matrimonium, vel alium contractum? Et quid ubi cum metu reuerentiali simul concurrat iniuria crudelitas, & sanctus eius, cuius reuerentia debetur, ut in numero 33.
- 33 Et quid ubi cum metu reuerentiali, vel iniuria crudelitas, & sanctus eius, cuius reuerentia debetur, ut in numero 33.
- 34 Metus solus reuerentialis viri erga uxorem, parentis erga filium, &c. an sufficiens sit ad rescindendum matrimonium, vel alium contractum? Et quid ubi cum metu reuerentiali simul concurrat iniuria crudelitas, & sanctus eius, cuius reuerentia debetur, ut in numero 33.
- 35 Valens potentis terribilis abique iniuria incutit instum metum.
- 36 Constitutus venere in periculo vita sua instanti, quod aliter euadere non potest, quom occidendo eum, quem occidit iuberi Princeps aut potens vir, an excusetur occidendo?
- 37 Metus reuerentialis cum importunis precibus an sufficiat, & quando ad rescindendum contractum, & num. 38.
- 39 Metus reuerentialis an sufficiens respectu patris ad contractum rescindendum?
- 40 Metus reuerentialis patris praecipiens aliquid filio sub pena sua maledictionis non est sufficiens.
- 41 Matrimonium esse validum contractum a filia non praecedentibus metis parentis, sed solum ex timore, ne patris indignationem incurrat.
- 42 Metus reuerentialis cum enormi laesione sufficit ad contractum rescindendum, & idem in matrimonio, ut in exemplis hoc positis.
- 43 Metus reuerentialis solus an sufficiens ad professionem religionis annullandam?
- 44 Metus reuerentialis sicut an sit opus probare, quod minans solus sit suae minus exequi ad rescindendum contractum.
- 45 Metus solus reuerentialis an annullat consensum praesumptum ex praesentia cum tacurnitate in matrimoniali causa.

- 47 Metus reuerentialis non solum datur in patre, & patre, sed etiam generaliter in eo, qui iure aliquo subiectioni alteri subest, ut in clerico respectu Episcopi, in seculari respectu Magistratum cui subiacet, in uxore respectu viri, & respectu socii. Et de ano, quia tanquam pater colitur, ut in n. 48.
- 49 Timor reuerentialis maris an sit sufficiens ad rescindendum contractum?
- 50 Et quid in sorore respectu fratris maioris num. 50, vbi de fratre minore respectu maioris cum eo habitante.
- 51 Matrimonij per procuratorem celebrati dissensus praecedens quomodo probetur, & num. sequent.
- 52 Testium singularium veritas est de qua hic.
- 53 Testes sufficit conuenire in vnum, & eandem suam rei, licet in aliis differant.
- 54 Testes singulares bene probant praesumptam voluntatem, num. 48, & num. 55.
- 56 Testes singulares bene probant quando agitur de probando aliquem esse haereticum in genere, scilicet quando agitur de probando aliquo haereticum, vel quando agitur de probando aliquo actu, in quo de necessitate temporis sit probandum, ut in exemplo posito, num. 57.
- 58 Exempla non erant regulam, nec alterant substantiam, & naturam.
- 59 In his, quae secreto sunt, admittuntur probationes per coniecturas.
- 60 Glossa, auctoritas praenatae inter opiniones, & qui ei adhaerebit nunquam errabit, num. 59.
- 61 Index ex aliqua iusta causa potest induci ad credendum testibus singularibus, sicut etiam induci potest ad non credendum in casibus, in quibus ipsi probant.
- 62 Testes singulares probant quando sunt valde aequi, & deponunt verisimilia.
- 63 Testes singulares probant, quando ratio concordia testium singularium est eadem veritas.
- 64 Testes singulares probant, quando cum eis concurrunt alia coniectura.
- 65 Testes in dubio praesumuntur contestes, licet ipsi se non inuicem allegent, cum possint esse contestes.
- 66 Verba enunciativa quando adsumuntur dispositiua, bene probant, quia ipsa stant de per se, cum emanent principaliter pro se.
- 67 Verba enunciativa probant quando sunt necessaria ad actum, de quo agitur, & eius validitatem quoad illum actum.
- 68 Verba enunciativa inducunt dispositionem, quando illud enunciatum eam importat, & praesertim ab eo qui disponere potest.
- 69 Testes omni exceptione maiores non requiruntur quando agitur de sciendo matrimonij, & sic de eo contrahendo, vel probando, quomodo etiam summae, & consanguinei admittuntur seruandis.
- 70 Testes inhabiles, qui iure aliter repelli possunt à testificatione, non admittuntur in causa matrimoniali, prout sunt infames, pariter, immici, excommunicati, & similes: & quomodo hoc intelligatur?
- 71 Testes inhabiles regulariter ad testificandum non admittuntur.
- 72 Testes inhabiles, quod in causa matrimoniali admittuntur, nulli opinantur, nisi quando sit matrimonium coram parochio, & testibus, vel sponsalia in instrumento publico, & quid quando agitur de probando matrimonio clandestino.
- 73 Quomodo testes habentes usum rationis sufficiunt ad matrimonij valorem, nec desideratur, quod habeant qualitates a iure requisitas, quare admittuntur, licet sint infames, excommunicati, parentis, consanguinei, serui, familiares, summae, imo & infideles,

- ex rationibus in numeris sequentibus adductis.
- 74 Testes instrumentarij appositus in instrumento ex communi contrahentium consensu, quamuis alias sint illegitimi, & inhabiles faciunt sufficientem fidem, nec repelluntur.
- 75 Testes vocati, & rogati à partibus, ut intersint actui generaliter fidem faciunt, quod procedit non solum in testibus instrumentariis, & sic in instrumento publice appositis, sed etiam in adhibitis in privata scriptura non negata, & hoc multo magis procedit in testibus subscriptis tam in publica, quam in privata scriptura, ut in numero 76.
- 77 Testes in matrimonio adhibentur communi consensu contrahentium, ergo sufficiunt quocumque, praesertim cum in libro parochi describendum sit matrimonium cum nominibus testium, ut praecipitur in Sacro Concilio Tridentino.
- 78 Testes omni exceptione maiores admittuntur, etiam quando agitur de dissolutione matrimonij, & separatione coniugum, sed imo, & tunc parentes, & consanguinei utriusque sexus sunt testes idonei, & sufficientes ad hoc, imo & maiores sunt.
- 79 Matrimonialis in causa parentum testimonium accipitur ad fauorem filiorum & refertur ad hoc littera l. 15, tit. 9, partia 4.
- 80 Thom. Sanchez opinio duo indistincte & generaliter dixit ad probandum impedimentum debere esse testes non tantum idoneos, sed omni exceptione maiores, id est, quibus nihil opponi possit, improbat.
- 81 Iudicio arbitrio relinquatur quanta fides sit adhibenda testibus in causis matrimonialibus, consideratis hiis de quibus hic.
- 82 Concordia Mascardi rejicitur super eo articulo an testes in causa matrimoniali debeant esse omni exceptione maiores necne?
- 83 Cap. 1, de consanguin. & affinit. circa qualitatem testimonium in causa matrimoniali interesse debentium intellectum.
- 84 Testes debere esse omni exceptione maiores quomodo intelligatur.
- 85 Cap. in litem de testibus intellectum.
- 86 Testes consanguinei, vel affines admittuntur, etiam quando agitur de dissolueno matrimonio contracto per procuratorem, non solunt propter consanguinitatem, & affinitatem, sed etiam consanguine alij impedimenti, prout est dissensus, & in n. 87, & 90.
- 88 Testes familiares admittuntur, quando agitur de probando aliquo negotio, in quo familiares verisimiliter habent maiorem notitiam, quam alij.
- 89 Testes fama, & conuersatione praecleari deponentes de dissensu matrimonij bene probant.
- 90 Persona maiores, & negotia maiora veniunt in mandato procuratorum, & in contractibus, & aliis rebus, licet nomenentur minores, vel minora.
- 91 Testis valde amicus admittendus videtur.
- 92 Testes domestici bene famae, & opinionis faciunt fidem, etiam si agitur de dirimendo matrimonio occulto, vel publico.
- 93 Matrimonium clandestinum nocte occulte celebratum, an probetur testibus domesticis in praesentia matrimonij publici, & solemniter postea celebrati?
- 94 Testes inhabiles an in causa matrimoniali admittantur cum alio habili?
- 95 Item an numerus testium suppleat defectum?
- 96 Actus nec alia qualitas desideratur in procuratore ad matrimonium celebrandum, prater eam, quam in naturali exposcit ad explicandum consensum nomine alterius, nimirum ratione usum.
- 97 Testes ad matrimonium non requiruntur, quod sint rogati.
- 98 Parochus, & testes non est opus ad valorem matrimonij

monij celebrati per procuratorem, quod videant li-
 teras in quibus conuenerit potestas procuratoris, sed
 tantum quod mandatum sit iustificans. Et quod ex-
 primatur coram eis consensus de presenti.

101. Contrahentes per procuratorem optime faciunt si post-
 modum optime uterentur matrimonio meo ad
 tollendos serupulos.

Grauis profecto res hæc est, in qua speciali au-
 xilio fauore, ac gratia Dei opus est, illuminet
 igitur omnipotens Deus corda iudicum, vi-
 amque veritatis aperiat, vt eo duce iuste decernant,
 & causam definiant, & vt difficultas huius causæ, ve-
 ritasque magis elucescat.

Pars negatiua. Primo probatur in fauorem pri-
 mi matrimonij: quia hic constat de primo matrimo-
 nio solenniter in facie Ecclesiæ celebrato in forma
 à iure permilla, nempe per procuratorem habentem
 ad hoc speciale mandatum iuxta eam, de qua in cap. fin. de
 procurat. lib. 6. neque ostenditur vlla reuocatio expresse
 prædicti mandati ante celebrationem prædicti matrimo-
 nij facta, sed postea: ergo pro primo matrimonio iudican-
 dum est, etiam si non intercesserit copula carnalis: quia matrimonium
 ratum ante copulam perfectum quidem est, quoad
 vinculum, sanctumque ex Sacramentum, vt fuit inter
 Beatissimam Virginem Mariam, & Ioseph. cap. beata coniux: cap. omne 27. qua-
 sitione secundo.

Secundo, quia dissensus contrarius, ex quo ta-
 cita reuocatio mandati præceditur, non est suffi-
 cienter probatus vt patet, quia omnes testes videntur
 singulares si recte inspicantur, vnde matrimonium
 solenne præcedens probatum instrumentum publico,
 & mille (vt ita dicam) testibus contestibus, alijs
 testibus singularibus de dissensu deponentibus
 infringi non debet.

Testes namque singulares regulariter fidem non
 faciunt, tex. in cap. nihilominus: & ibi gloss. 3. quest. 9.
 & in cap. tam literis, de testib. & ibi gloss. verbo sol: cap.
 licet causam de probat. cap. bona, de elect. Ant. de Butr.
 in cap. veniens, columna vltima, de testib. Aymon. Crauet.
 consil. 41. numero 1. esseque receptissima, & indu-
 bitata omnium opinio, & communis allegatio in
 iudicijs.

Et mille testes singulares tantum probant quan-
 tum vnus, Bald. in l. in iurand. colum. 2. de testib. Peter.
 Surd. consil. 12. numero 5. lib. 1. sequitur plures referens
 Anton. Gabriel. late declarans, & limitans lib. 1. de
 testib. conclus. 2. per totam, & inquit Menoch. consil.
 98. numero 12. lib. 1. hoc esse diuina lege statutum etiam
 in ciuili negotio. Deuter. cap. 19. credere enim di-
 cto vnus testis singularis est contra ius diuinum, &
 humanum: vt eum Bald. affirmat Roland. à Valle
 consil. 95. num. 29. volum. 4. sequitur Petrus Surd. vbi
 supra, num. 6.

Ex diuersitate loci, & temporis testes reddunt
 singulares, Bald. consil. 99. colum. 2. volum. 3. Paul.
 de Cast. consil. 155. in fin. volum. 2. Alex. consil. 116. vo-
 lum. 1. Aymon. Crauet. consil. 9. num. 17. quos refert,
 & sequitur Petrus Surd. vbi supra, num. 7. vbi etiam,
 quod testes deponentes de verbis prolatis diuerso
 tempore, & in diuerso loco videntur etiam de di-
 uerso factò attestari: diximus late lib. 3. præf. quest. 12.
 num. 4. & 5.

Quoniam hoc procedit etiam, quando testes sin-
 gulares tendunt ad eundem finem, etiam si depo-
 nant in genere super eodem factò principali secun-
 dum communem opin. quam adducunt plures ci-
 tantes Anton. Gabriel. d. conclus. 2. de testib. lib. 1. num. 2. 4.
 & 4. & Mascard. consil. 376. num. 3. cum sequentibus,
 & Iul. Chr. in præf. crimin. §. fin. q. 33. vbi quidam ag-
 11em

11em vbi quod hanc dicit communem Menchac. pri-
 ma parte de testam. §. 1. numero 4. & est verior, & magis
 communis, vt ex Alex. refert Mattheus Gabriel
 lib. 18. commun. opin. vbi testes singulares, in 1. tom. com-
 mune. opin. pag. 374. in principio, in antiquis. eandem re-
 fert esse magis communem, & veriorum ex Men-
 chac. Hyppolit. Riminald. Junior consil. 7. num. 26. vo-
 lum. 1. hanc probat late Simano, de insti. Carol. cap.
 64. num. 61. cum pluribus sequentibus, loquens in heresi
 probanda tam in specie, quam in genere, dicens num-
 ero 69. quod contraria opinio periculosa est, & om-
 nino falsa, & quod ideo à plerisque Iuris peritis est
 expulsa & eiecta, & num. 66. & 67. duos casus excipit,
 idemque generaliter probat in cæteris rebus,
 nempe vt ad probandum aliquid in genere non suf-
 ficiant testes singulares: idem in heresi sentire vide-
 tur D. Canterana. questione crimin. num. 3. pag. 344. col.
 2. Tiber. Decian. primo tom. lib. de probat. cap. 36. num.
 5. & 6. fol. 267. Ergo probatio generalis dissensus non
 est concludens, nisi descendatur ad actus particula-
 res eius: & hi necessario probari debent testibus con-
 testibus iuxta communem concordiam, & distinc-
 tionem Doctorum, de qua infra in materia testium
 singularium.

Tertio, quia negari non potest, nisi, quod in du-
 bio pronuncianum est pro matrimonio cap. fin. & ibi
 DD. de sententia, & re iud. & sic pro primo, &
 non pro secundo in præiudicium primi præsumen-
 dum est. & in materia matrimoniali in dubio, quod
 certius est tenere debemus, cap. veniens de sponsal. &
 sic tutius est in dubio credere valorem matrimonij
 Nauar. consil. 23. num. 1. de sponsal. in 1. editione.

Quarto, quia non est deductum nec probatum in
 processu quod constitutus procuratorem ad con-
 trahendum prædicti matrimonij, protestatus fuisset dis-
 sensum, & penitentiam prioris consensus coram
 testibus, vt requiri videbatur; sed eius probatio to-
 ta videtur esse potius de verbis enunciatius pro-
 pter aliud emittit.

Quæ non inducunt dispositionem, quando con-
 trahit principaliter dubitari de eo, quod enunciat,
 vt nunc dubitatur iuxta doctr. Ant. de Butr. in cap.
 illud de presump. quæ refert, & sequitur Alex. consil.
 21. num. 4. & ibi eius Addictio. & consil. 126. colum. 6.
 num. 11. volum. 1. & iterum consil. 202. colum. 2. num. 3.
 volum. 2. sic limitans i. optimam C. de contrab. & com-
 muni. stipul. Felin. in cap. per tua numero 12. de prob.
 Dec. in auct. si quis in aliquo documento, numero 37. C.
 de edend. Matth. de Afflic. de consil. Neapolit. 38. nume-
 ro 1. Petrus Surd. plures allegans, consil. 5. num. 6. vo-
 lumine primo.

Verba enim enunciatia dicuntur illa, quæ con-
 tinent præambulum, vel præcium, in quibus non
 consistit voluntas, seu per se non stant, sed in aliud
 transeunt, & non est verbum principale orationis,
 ita Bald. in l. 1. num. 9. C. de fals. caus. ad eel. legat. quem
 sequitur Alex. consil. 82. num. 22. volum. 3. & alios ci-
 tans Aymon. Crauet. de antiqui. temp. 1. parte. cap. 3.
 num. 17. & 54. secus tamen est, si verba dispositiua ad-
 sint, quia ipsa stant per se, cum emanent principaliter
 propter se secundum Bald. vbi supra, & sentit quo-
 que Matth. de Afflic. vbi supra.

Quinto, & præcipue, quia omnes testes deponen-
 tes in hac causa de dissensu constitutis procurato-
 rem ad contrahendum primum matrimonium pati-
 untur defectus, & repullas, quibus non sunt omni
 exceptione maiores, & ideo non faciunt fidem in
 hac causa matrimoniali.

In causa namque huiusmodi matrimoniali re-
 quiruntur testes omni exceptione maiores, tex. est
 expressus in c. 1. & ibi gloss. verb. maiores de consang. &
 affini. vbi Ant. de Butrio in 2. notabil. Abb. n. s. versio

item vna, Præpos. in 9. & penultim. notab. rex. & ibi
 gloss. fin. in cap. in literis de testib. refert plurimos huius
 opin. Authores Anton. Gabriel lib. 1. de testib. con-
 clusione 1. num. 1. eandem opin. sequuntur plures al-
 legati per Mascard. de probat. 2. tom. conclusione 10. 2.
 num. 4. vbi quod istud vna mente omnes consulentes
 feruerunt, & num. 10. in fin. quod est magis com-
 munis, & refert plurimos idem Mascard. in 3. tom.
 conclus. 136. 6. num. & nonnullos D. Couar. in 4. de
 sponsal. 2. part. cap. 3. §. 12. num. 7. & Ioan. Vincent. Hon-
 ded. consil. 77. num. 42. & ante eos Thom. Grammat.
 consil. criminal. 26. num. 43. vbi addit non sufficere,
 quod alias sint idonei, & insuper quod testes in cau-
 sa matrimoniali deponentes requiruntur esse pro-
 bata vitæ, & optimæ opin. & fidelis conuersatio-
 nis, & quod non verissime ipsos deierari ex aliquo
 respectu, seu causa, & sic quod in effectu sint omni
 exceptione maiores: & numero 50. inquit, quod
 debent testes producendi in causa matrimoniali esse
 præclaræ fame, & conuersationis, vt in cap. in-
 super qui matrimonij. access. pos. & ibi Præpos. & plu-
 ribus modis, & omnes DD. vno ore consentiunt, vt
 inquit Anton. Cuchus in loco statim citando numero
 164. vbi numero 105. monet hoc esse adeo obseruan-
 dum, vt in primis probati debeat testes in causa ma-
 trimonialia productos fuisse, & esse omni exceptio-
 ne maiores. Hanc partem comprobat, licet eam non
 sequatur, Thomas Sanchez de matrimonio lib. 3. dispu-
 tatione 41. numero 4. & expedire, vt in causa mat-
 rimonialia adhibeantur testes omni exceptione ma-
 iores, quia si postea in dubium verteretur coram
 iudice, an matrum. sit contractum, paulo maiorem
 fidem adhibendam existimat. & fateor hoc expedire,
 vt cesset omnis questio Thom. Sanchez vbi
 supra num. 6.

Et præfata communis sententia præcipue pro-
 cedit, quando agitur de matrimonio infringendo,
 & dissolueno, veluti in specie nostra contingit;
 vt in dictis iuribus, & ibi omnes, & etiam præcitat-
 i, præcipue Anton. Gabriel numero 3. allegans plu-
 res hoc nuncupatim tenentes, estque magis com-
 munis opinio secundum Mascard. vbi supra, numero
 10. & conclusione 109. numero 10. vbi admonet ab ea
 non esse recedendum in indicando, & consulendo,
 & secundum Farin. de oppositione contra testam. quæstio-
 ne 62. limitans 6. numero 106. & numero 107. quam
 etiam probat numero 15. & Carol Ruyn. consilio 149.
 numero 32. & consilio 150. numero 16. volumine 3. vbi in
 fortiori casu loquitur, nempe in probando mat-
 rimonio clandestino præcedenti in præiudicium al-
 terius secundi matrimonij publice in facie Ecclesiæ
 celebrati, nempe, vt tunc requirantur testes omni
 exceptione maiores per d. cap. 1. ergo a fortiori hu-
 iusmodi testes requiruntur in fauorem secundi ma-
 trimonij ad dissolueno prius publicum, & solen-
 ne, vt in præmissa specie contingit: & in terminis tes-
 tium deponentium de metu ad infringendum ma-
 trimonium sponte, & publice contractum tenet ex
 prædict. iuribus Ioan. Baptista Ferret. consil. 140.
 numero 4.

Et ille dicitur testis omni exceptione maior, qui
 nulla exceptione repelli potest, ita Bernard. in d. cap.
 1. verbo maiores, de consang. & affini. glossa etiam in
 cap. si clericus in prin. de iudic. & in c. 1. de test. & in §.
 item verborum de iurid. stipul. quas commendat Præ-
 pos. in d. cap. 1. columna 2. & dixit esse mirabiles Bar-
 th. in vrbica de probat. num. 29. & singulares las. in
 addit. ad Portum in d. §. item verborum, & eas sequit-
 ur Couar. vbi supra, est communis secundum Mas-
 card. alios allegata vbi supra, num. 5. in 1. loco: &
 in 2. loco num. 6.

Hinc est, non esse testem omni exceptione ma-
 iorem, seu omni suspitione carentem, cum cuius fi-
 des non tantum ex obiectione perimitur, sed & di-
 minuitur, cuius opinio in discrimen, & magnam du-
 bitationem reuocatur. iuxta tex. in c. licet causam de
 probat. vbi in causa ardua non admittitur testis, qui
 ex aliqua parte diluitur, quem tex. dicit singularem
 Bald. in cap. ad nostram, columna 1. eodem tit. ad idem l.
 optimam C. de contrab. & commu. stipul. probat late
 alios citans D. Couar. vbi supra num. 8.

Quoniam illa qualitas, quod testis sit maior om-
 ni exceptione debet deduci, & probari, & cauti
 debent esse in hoc Aduocati, quia cum ista qualitas
 non præsumatur, nisi probetur, nihil reuelabunt tes-
 tes examinati, vt tenent plures Authores congesti
 per Mascard. conclusione 361. num. 7. & in conclus. incip.
 qualitas, quæ est 1249. numero 13. cum sequentibus; vbi
 num. 18. quod licet qualitas idoneitatis, & bonæ famæ
 debeant præsumi, & sic quod quis sit dignus, vt
 per ipsum conclus. 222. & 223. volumine 1. & conclus.
 378. & 1006. volum. 2. nihilominus quando sumus in
 statuto seu dispositione exigenti aliquam ex his qua-
 litatibus, seu similibus, non sufficit præsumptio eti-
 am, quæ inest à natura, sed debet testis qualitas probari,
 ibique refert plures ita tenentes, & esse com-
 munem affirmat, & numerus sequentibus, eam sequit-
 ur & Honded. d. consil. 77. num. 5. & 22. cum sequentibus,
 præcipue num. 26. vbi resoluit, quod licet de iure
 testis regulariter idoneus præsumitur, nisi con-
 trarium probetur, & ita quis non tenetur probare
 idoneitatem testium, quæ de iure præsumitur, etiam
 in casu, quo lex testes idoneos requirit, vt in casu d.
 cap. cum eses de testamentis, vt tenent plures, quos ad
 hoc ibi allegat. Attamen, quando lex exigit testes
 non simpliciter idoneos, sed idoneitatem in sup-
 remo gradu, tunc non sufficit allegare idoneitatem
 ordinariam resultantem ex iuris præsumptione, sed
 debet probari, quod quis sit idoneus in superlatiuo
 gradu, ita concordans supradictas opinion. sed in
 nostra specie. & causa matrimoniali requiruntur
 testes non simpliciter idonei, sed omni exceptione
 maiores ad infringendum matrimonium, vt vidi-
 mus: ergo qualitas hæc necessario deducenda erat,
 & probanda, vt tenet Anton. Cuchus vbi supra in his
 proprijs terminis, quo fit quod testes producti in
 hac causa, qui repullam patiuntur, quamvis eorum
 autoritas, & personæ sint comprobate pluribus
 alijs testibus, nihilominus non sunt maiores omni
 exceptione. nec fidem integram faciunt ad infrin-
 gendum primum matrimonium: quia ex approba-
 tione præd. hoc est, per el abono de suo personæ, non au-
 feruntur repullæ, & obiectiones eorum; nempe
 quod sint consanguinei, vel affines intra quartum
 gradum, vel familiares, &c. & tunc proderit præd.
 comprobatio, quando testes repullam non patiuntur,
 siquidem in causa matrimoniali quamuis testes
 repullis careant, debet probari, quod sunt maiores
 omni exceptione iuxta supra dicta.

Quoad repullam autem consanguinitatis, & affi-
 nitatis, quam patiuntur plures testes ex productis
 ab eo magnate, qui stat contra primum matrimonium,
 & instat pro secundo, clarum est in iure, quod non
 sunt maiores omni exceptione, quia obstat eis excep-
 tio consanguinitatis, & affinitatis: c. 2. & c. accu-
 satores 3. quest. 5. tradit late post alios Anton. Gabriel
 lib. 1. de testib. conclus. 13. per totam, in priori impressione
 vbi num. 11. plures allegans, inquit, quod coniu-
 ctus non est omni exceptione maior: & licet ibidem
 num. 11. dicat, quod pro matrimonio, & contra mat-
 rimonium consanguinei sunt testes idonei, statim se
 refert ad aliam suam conclus. præcedentem quæ est
 l. ij 9. quan.

9. quando parentes, & consanguinei dicantur testes idonei ad probandum matrimonium, & num. 32. cum Ruyno *consil. 150. num. 16. vers. nec obest. volum. 3.* tenet, quod quando agitur de infringendo alio matrimonio non admittitur probatio parentum, & consanguineorum: quod patet, quia ita precipitur in d. cap. 1. de consang. & affinit. & in d. cap. in iuris de testib. cum similib. & est magis communis sententia, ut supra docuimus: quoniam idem Gabriel, d. *concluf. 9. num. 31.* tenet, quod etiam probata qualitate parentum, & consanguineorum non probabunt matrimonium, nedum itante paritate, sed nec etiam itante disparitate: ergo à fortiori non probabunt. quando agitur de infringendo matrimonio, & inquit Ferret, *consil. 281. num. 12.* in causa matrimoniali non esse admittendos præd. testes.

14. Præterea, & vltierus multo minus videntur admittendi alij testes, qui sunt consanguinei infra quartum gradum vxoris secundæ matrimonij dicti magnatis, siquidem ab eo est carnaliter cognita, tanquam eius vxor, & testimonium parentum, vel coniunctorum non recipitur in causa matrimoniali, quando probatur, quod mulier carnaliter fuit cognita, quia tunc agitur de inuria totius familie: ita Decius *consil. 133. num. 4. in vers. tertio considerandum;* & *consil. 310. vers. & hoc maxime, Paris. consil. 58. num. 13. volum. 4.* & *consil. 59. num. 23. vers. & idem voluit, volum. 4.* Alciat. de *presumpt. 1. regul. in 2. presump. num. 4.* vbi quod ita obtrinit, quos refert Anton. Gabriel, d. *concluf. 9. num. 22.* Menoch. de *arbitr. iud. lib. 2. ceniuria 2. casu 102. num. 9.* & sequitur plures citans Mascard. *conclusionem 1022. num. 27.* idem est, quando alias remaneret infamata, licet non probetur carnaliter cognitam fuisse, vt ex aliis docet Gabriel, d. *concluf. 9. num. 23.* & Thom. Grammatic. *consil. criminal. 20. num. 44. & 45.* sed sic est, quod si dictum secundum matrimonium non valeret, secunda vxor, & eius familia illustrissima remaneret infamata: ergo ipsius parentes, & consanguinei, qui nimis hoc matrimonium affectant tanquam partes, quorum maxime interest, non sunt admittendi in testes. neque eis plena, & integra fides adhibenda est contra primum matrimonium solemne, vt cum aliis probat Anton. Gabriel, d. *conclusionem 9. num. 26.*

15. Frater deinde stantis pro secundo matrimonio proculdubio quando deponit pro fratre in causa matrimoniali non facit fidem, nisi proualorem matrimonij, vt late per Ant. Gabr. *vbi supra, conclus. 14. per rotam.* & præcipue *num. 33.* non vero quando deponit contra matrimonium, per omnia supradicta, & in terminis docet Carol. Ruyn. d. *consil. 150. n. 16. in princ. volum. 3.* præcipue si cohabitaret cum fratre pro quo deponit: vt plures allegans tenet Anton. Gabr. *vbi supra, num. 18.* quoniam coniuncti cohabitantes cum illo, vel cum illa pro quo, vel qua deponunt non recipiuntur ad testimonium in causa matrimoniali, vt tenent citati per Ant. Gabriel, d. *concluf. 10. n. 23.* & Thom. Grammatic. d. *consil. crim. 26. num. 44.*

16. Insuper alij testes producti in fauorem secundi matrimonij fuerunt eius mediatores, & proxeneta, vt ita dicam, illuque depacti sunt ad instantiam eiusdem magnatis, qui pro eo secundo matrimonium stat, vt constat ex actis causæ: sed sic est, quod de iure huiusmodi testes in causis criminalibus, & civilibus, quando ex eo aliquod emolumentum consequuntur, non sunt idonei testes ob præsumptam affectionem causæ, vt periciatur, quod ipsi tractauerunt, vt in cap. 1. de testib. lib. 6. & ibi gloss. & DD. & in terminis causæ matrimonialis, ita tenet *consil. matrim. 61. num. 13. in 1. tom. Ioan. Baptista Ferrer, consil. 296. num. 9.* & quod proxeneta pro matrimonio non fit omnino integer testis (multo minus contra id) tenet

Anton. Gabriel *lib. 1. de testib. conclusionem 20. num. 11. in prior editione,* qui in princip. illius regule late probat generaliter cum magis communi opinione, quod proxeneta non potest altera parte inuita testificari: idem testatur Math. Gribald. *lib. 18. commun. opin. in materia testium, vers. proxeneta, vel mediator.* & de communi testatur etiam Ferret. *vbi supra d. num. 9.* & quod proxeneta ad testimonium repellitur, Mascard. de *probat. 3. tom. conclusionem 1233. num. 4.* vbi *num. 5.* cum Crauet. *consil. 86. num. 4.* & Socin. *lun. consil. 59. num. 18. volum. 1.* quod omnes, qui habent præsumptam affectionem ad causam à testimonio repelluntur, idem loquens in proxeneta probat idem Mascard. *concluf. 1338. num. 36.* & Ioan. Vincent. *consil. 52. num. 10. cum commun. volum. 1. & num. 11.* eum pluribus Authoribus ampliat, vt procedat etiam si proxeneta præmium non sit consequutus; tamen si nonnulli Authores tenentes, quod proxeneta, licet alias non sit testis omni exceptione maior, tamen pro matrimonio censetur idoneus testis, quos refert idem Mascard. *concluf. 1022. num. 20. sed num. 21.* allegat in contrarium, & sic pro primo Barbatium, & remittit se ad dicta in conclusione proxeneta. quæ tamen nulla est, quæ ab hoc verbo incipit, sed agit de hoc *conclusionem 1237. & 1358.* vbi tenet, quod prædictus in fauorem huius partis, & quod proxeneta testis esse non possit in negotio, in quo fuit mediator, tenent plures glossæ, & est magis communis sententia secundum Farinat. de *off. iudic. contra test. quest. 60. num. 406.* vbi quam plurimos DD. eam tenentes congerit, & numeris sequentibus eam quaque modis ampliat.

Possunt tamen hæc opinionem contrariè conciliari, vt per Anton. Gabriel. Ferretum, & Farinat. *vbi supra numero 418.* vbi alios allegat: nempe, quod proxeneta, & mediator in causa matrimoniali non fit testis omnino integer, sed quod sit in consideratione iudicis, quoniam sit ei fides adhibenda, inspecta qualitate causæ, & personarum, & in causa matrimonij loquens Farinat. *vbi supra, numero 444.* Ad hæc omnia inducunt in præsentia causa, vt prædicti, testibus integra fides non adhibeatur, contra prius matrimonium ex nimia affectione, ad secundum igitur non sunt integri testes in proposito.

Alij testes producti ad probandum dissentium mandati, sunt familiares, & domestici constituentis procuratorem ad primum matrimonium celebrandum tempore depositionis, & multo ante; ergo non sunt testes integri, nec maiores omni exceptione, vt in cap. in iuris de testib. & in cap. 1. 2. & 4. & in cap. accusatores, 3. *questione 3.* & in cap. 1. §. testes quot, & in §. etiam Cuius. 4. *questione 3.* & in cap. 1. §. 1. 14. *questione 2. l. etiam, C. de testib. & latissime per Anton. Gabriel. lib. 1. commun. opin. de testib. conclusionem 10. per rotam, in prior editione,* Mascard. de *probat. conclus. 1338. num. 46.* & hæc conclusio sine dubio ab omnibus, & passim recepta est, non solum in criminalibus, sed etiam in civilibus, secundum Farinat. de *oppos. contra test. quest. 51. num. 1. cum sequentibus, tom. 2.* & testis domesticus nedum non probat, sed neque facit indicium aliquod, nec præsumptionem secundum Bald. in *l. in testimonium in apost. lib. 1. ff. de testib.* vbi allegat ad hoc Speculat. & probatur in d. §. testes, ibi interrogari non potuit, & vltim etiam Abb. in d. cap. in iuris de testib. sequitur Thom. Grammatic. d. *consil. criminal. 26. num. 33.* vbi *num. 34.* quod testes domesticij regulariter in causa criminali repelluntur & hoc est verius, vt plures allegans contra alios affirmat Farinat. *vbi supra num. 38. & 132.* nempe, vt non faciat testis domesticus examinatus parte opponente iudicium, neque præsumptionem.

Item

19. Item alius testis est intimus amicus cum productis exploribus, & ingentibus beneficiis in eum collatis, & in eius filios: at vero testis multum amicus partis non est omni exceptione maior, vt cum Bart. in *reper. l. admonendi, numero 37. ff. de iure iurand.* tenet Alexand. *consil. 19. incip. ex his, qui in iherem. columna penult. in vers. uen non est inter testis, volumine 1.* & loquens in causa matrimoniali idem tenet *consil. matrim. 70. numero 16. volumine 1.* & *consil. 35. numero 12. & consil. 43. numero 11. & 18. eodem volumine.* Et regulariter, quod maxima, & vehemens amicitia minuat fidem testis, est communis opinio secundum Anton. Gabriel. *lib. 1. de testib. conclusionem 11. numero 3.* cum sequent. in 1. editione, & late eam probat Rebuffus de *reprobatione, & saluatione testium numero 39. cum sequent.* & hæc est communis sententia Doctorum, vt plurimos citans affirmat Farinat. *vbi supra, de oppos. contra test. questione 33. numero 236.* quoniam ipse *ibidem num. 242.* dicit veram, & prædicatam apud se, hoc est, Italos, esse opin. quod testes amici indistincte ad testificandum admittantur, nec inquam repellantur. siue amicitia sit leuis, siue magna: admitti autem non sunt testes integre fidei, & omni exceptione maiores, quia illis de fide diminuitur modo plus, & modo minus, iuxta qualitatem amicitie arbitrio iudicis.

20. Neque contra hoc quintum fundamentum huius partis obertur, quod testes, qui alius sunt inhabiles admittuntur in iis, que sunt difficultis probationis, & sic in subsidium, vt sunt ea, que communiter occulte fieri consueuerunt, vt adulterium, furtum, & huiuscemodi, in quibus, vt plurimum nulli testes interuenire soleat, nisi fortasse mulieres, & domestici, l. *confessu, §. super plagis, C. de repud. non omnes §. à barbaris ff. de re mil. cap. veniens. d. segundo.* & ibi notant omnes de testibus ita plures allegans Mascard. de *probat. 3. tom. conclusionem 1360. numero 1. cum sequentibus.*

Quando enim veritas aliter haberi non potest, testes alias minus idonei fidem faciunt, vt in d. cap. veniens. el. segundo, in fine de testibus, & ibi glossa final. & in cap. cum dilectis, vers. & si tres, & ibi gloss. d. verb. & si tres, de electione, & in cap. fin. de testib. cogenda, gloss. 2. in verb. seruare cap. tertio loco de prob. refert, & sequitur plures allegans Anton. Gabriel. *vbi supra conclusionem 7. numero 1.* Anton. Gomez. 3. *tom. C. de probatione delicti, num. 21.* vbi exemplificat in his, que sunt nocte campo, & eremo, & communiter recepta est hæc sententia à Doctoribus, vt plures referens testatur Farinat. *vbi supra, de oppos. contra test. questione 62. limitatione 1. num. 28. & 29. cum sequentibus.* vbi quomodo intelligenda sit, & in sequentibus limitationibus vbi latissime præd. communem sententiam, de qua oppositum nunc declarat.

21. Similiter domestici testes recipiuntur ad probandum ea, que domi facta dicuntur, vt in l. *confessu, §. Præterea, C. de repud.* & ibi Bal. *tex. in d. cap. veniens in fine, de testib. Aret. consil. 13.* sequitur plures congerens Anton. Gabriel. *vbi supra, conclusionem 10. numero 33.* & Vincent. Honedd. d. *consil. 13. numero 20. volumine 1.* vbi numero præcedenti, quod frater etiam cum fratre cohabitans est idoneus testis in casibus, in quibus magis per eos veritas sciri potest, & regulariter extraneis non solent innotescere secundum Bald. in *l. si parentes numero 6. C. de testib. & Aretin. d. consil. 13. columna penult. vers. primo, quod illa intra, est communis,* vt plures allegans affirmat Farinat. de *oppos. contra test. questione 63. limitatione 3. numero 50. cum sequentibus,* vbi eam ampliat, & limitat pluribus modis, & prius *questione 55. numero 33.* vbi loquitur, quando aliter veritas haberi non potest.

Quinimo in iis, que domi sunt, magis creditur domesticis, quam aliis, Bart. in *l. quoties 21. C. de naufrag. lib. 11.* Anton. Gabriel. d. *conclusionem 10. numero 38.* vbi numero 43, requirit hoc casu, quod testes sint honesti, & probate vitæ, quia si sunt huiusmodi, non solum domesticis, vt diximus & late Gabriel. *vbi supra numero 19. & 20.* sed etiam consanguinei probant, vt per Anton. Gabriel. *vbi supra, conclusionem 13. numero 3.* & loquens in vtrisque Mascard. *vbi supra, numero 18. & in d. conclusionem 1022. num. 28. & conclusionem 400. num. 3.*

Addens numero 6, cum Felin. quod familiares Episcopi, vel Principis admittuntur in testes pro dominis suis, si sint personæ valde honestæ, & allegat alios plures idem tenentes, & numero 7, & 8, id ex aliis comprobatur, & in familiaribus Episcopi, vel Abbatis Anton. Gabriel. cum aliis, d. *conclusionem 10. num. 20.* in quibus hæc est communis sententia, vt plures allegans affirmat Farinat. *vbi supra, questione 33. num. 127.* sed in casu præsentis, alij testes, quam prædicti ex natura negotij, quod occulte agebatur ob timorem reuerentiam patris haberi, nec interesse poterant, ergo fidem faciunt.

Præterea, quia testes inhabiles admittuntur, quando concurrunt cum alio habili, ita Bald. in *l. si quis ex argentario §. cogentur, in princ. ff. de edend. est communis,* vt plures allegans testatur Ant. Gabriel. *vbi supra, conclusionem 3. num. 1. & Mascard. d. conclusionem 1360. num. 33.*

Quod procedit etiam in duobus testibus examinatis, quorum vnus esset inhabilis, alius vero plusquam habilis, tunc namque fit inter eos compensatio, & vnus inhabilitas, ac defectus suppletur ex magna fide, & habilitate alterius, vt tradunt communiter DD. in d. §. cogentur per illum *tex. in vers. quid vnus, & c.* vt plurimos allegans testatur efficit communiter à Doctoribus receperunt Farinat. de *oppos. contra test. questione 62. limitatione 14. numero 328.* vbi *num. 344.* quod testis suppleas debet esse præstantissimæ fidei, & omni exceptione maior, & sic non sufficit cum esse ordinariæ fidei, secundum Aymon, & alios, quos citat.

Sed in præsentia causa cum familiaribus, & consanguineis concurrunt alij testes, qui non sunt huiusmodi: ergo omnes hi iuncti faciunt pleam fidem, Item numerus testium supplet defectum iuxta glossam in *l. 3. §. 1. verbo numerus ff. de testib. & ibi Iacobus Buttricus. lal. in auct. si vero, in versis, tertio, facti, C. de iudic. sequitur plures referens Anton. Gabriel. *vbi supra, conclusionem 6. in princ.* Mascard. *vbi supra, num. 14.**

Non, inquam, obstant supradicta, quia quantum ad primum respondemus procedere, quando ex natura rei, de qua agitur, probanda, veritas alias sciri non potest, vt in crimine hæresis, conspirationis, & similibus: secus vero, si ex accidenti non possit per alios probari: ita plures citans declarat, & intelligit materiam hæc Anton. Gabriel. d. *lib. 1. de testib. conclusionem 7. numero 5.* vbi numero 6, sublimitat, & declarat, vt procedat quando à communiter accidentibus alij testes haberi non possunt, nec est necessarium, quod sit impossibile alios testes haberi secundum *Zasium consil. 2. numero 60. volumine 2.* Quinimo procedit quando sumus in iis, in quibus nec habitu, nec actu ex communi cursu veritas haberi potest, vt sunt ea, que à communiter accidentibus occulte fieri consueuerunt, vt furtum, partus suppositus, simulatio contractus, simonia, adulterium, fraus, dolus, & huiusmodi, de quibus per Menoch. de *arbitr. sua, casu 116.* secus erit in iis, in quibus actu, & habitu plures testes interuenire poterunt, tamen actu non interueniant, ita Ant. de Butt. *consil. 24.*

L iij incip.

incip. *quæstio hec dubia*, & in cap. 3. loco de probat. In l. i. cunctis populos. numero 30. C. de Summa Trinit. & Fide Carol. Carol. Ruyt. consil. 149. numero 33. & consil. 150. numero 1. volumine 1. Imo probandum est ab examine, veritatem aliter haberi non posse, ut inquit Butrius d. consil. 24. & Thom. Grammat. d. consil. criminal. 25. numero 37. dicens. quod alias semper testes non integri fuissent, quia pars allegaret id factum fuisse in domo, idem Grammatic. consil. crim. 45. numero 11. refert plurimos Mascard. de probat. tertio tom. conclusione 1360. numero 8. & 9. vbi in fine quod ita sentiunt DD. qui de hac materia loquuntur, & numero 10. probat cum aliis pluribus, quod in casibus, in quibus alii testes inueniri poterunt à communitate accidentibus. si non inueniuntur, non plene probant, sed faciunt aliquam probationem, idem Mascard. d. conclusione 1360. numero 10. cum sequentibus, & supra dictam doctrinam sequitur plures allegans, & communem dicens contra Iulium Clarum Farinat. vbi supra, de oppos. contra testes, quæstione 62. numero 62. & 64. vbi etiam explicat in iis, que sunt gesta in capitulo, & congregatione Canonicorum, in qua nonnulli Canonici interuenire solent. cap. tertio loco de probat. cum mil. Item in gestis domi, l. consensu, §. Seruus. C. de repud. in quibus admittuntur testes inhabiles, secus in aliis. ut ibi per eum in l. i. numero 50. ista tamen qualitas, scilicet veritatem aliter haberi non posse. non præsumitur à iure, ideo per producentem est alleganda, articulanda, & probanda, ut prædiximus, & tenet præterea plurimos citans Farinat. d. quæstione 62. numero 57. vbi in fine præd. numeri, quod negari non potest hanc opinionem communiter à Doctores recepisse: quam numero 50. limitat non procedere, quando notorium esset. veritatem aliter haberi non posse. tunc namque talis qualitas nec est articulanda, nec probanda, sed sufficit, quod allegatur, ut in terminis voluit Cephalus consil. 75. numero 46. lib. 1. iudicisque arbitrio remittitur, quando dicatur, notorium esse veritatem aliter haberi non posse, qui iudex inspecta qualitate personarum, negotij, loci, & temporis id optime arbitrat, l. si quando, C. unde vi. lib. 3. §. in magis scire potest, ff. de testib. cum aliis adductis per Plotum de in litem mand. §. 2. numero 8. vbi cum Socin. consil. 146. præstantissime per totum volum. 1. affirmat. iudicem posse ex officio, & à seipso de huiusmodi qualitate se informare, quem referunt, & sequuntur Mascard. de probat. lib. 3. conclusione 1403. numero 2. & 4. & Farinat. vbi supra, d. quæstione 62. numero 59. & 60. vbi vtrumque sequitur, & numero 61. inquit, quod per hanc limitationem nunquam vidit in practica terminatum, quod scilicet, articuletur, & probetur, quod veritas aliter haberi non possit. Tempore enim iudex id arbitratur ex natura facti, loci, & personarum, ut prædictum est.

Sed sic est, quod ad reuocandum dictum mandatum ad contrahendum matrimonium concessum vel ad dissentendum ab eo poterant, imo solent à communitate accidentibus alii testes, extranei scilicet, & omni exceptione maiores, inueniri, & coram fidei Notario, vel Tabellione, & eisdem testibus reuocari præfatum mandatum: ergo prædicti testes consanguinei, & domestici non faciunt integram fidem, quod si in specie nostra ob metum reuerentiam patris magni oportuit reuocationem mandati, vel dissentium occulte fieri, vel præstari, id ex accidenti contigit, non vero ex natura rei, præcipue, cum occulte etiam potuerit coram Tabellione, & testibus amicis, vel domesticis rogatis reuocari præd. mandatum, prout idem constitutus alias fecit, imputandum est igitur ei, cur hoc non fecerit,

cum quando agitur de matrimonio, soleant interuenire testes extranei, ut vltra supra prædicta tenent glossa, & DD. in capite tertio loco, de probat. Alex. consil. 151. numero tertio. & consil. 152. numero 15. volumine 2. Ferrer. consil. 364. numero 8. & Grammatic. d. consil. 26. numero 38. vbi loquitur in adum, ad quem quis deliberare, & ex proposito accedit, seu procedit.

Ad secundum, quod testes domestici recipiuntur ad probandum ea, quæ domi facta sunt imo illis magis credi debet, quæ aliis, dummodo sint honestæ, & probate vite, ut dicebamus: Respondemus, hoc non procedere, quando agitur de matrimonio dissolueno (ut hic) & interuenit culpa producentis, ut cum Areriu. in cap. in literis, vers. secundo dubitatur, de testib. & cum apostoli. ad deest. Tolosan. 4. in vers. vno admittuntur, resoluit Anton. Gabriel d. conclusione 10. de testib. lib. 1. numero 44. vbi numero 46. limitat etiam cum Ruyno d. consil. 149. numero 37. volum. 3. in præiudicium præcedentis matrimonij, tunc namque testes familiares, & minus idonei non admittuntur, etiam quoad ea, quæ sunt occulte in domo, ut est tex. singularis loquens in copula illicita, quæ ex sua natura, & communi cursu, actu, & habitu occulte committi solet, in d. cap. in literis de testib. vbi notant omnes dicentes, quod isto casu non habent locum iura contraria: idem Anton. Gabriel de testib. conclusione 9. numero 52. dicens cum Ruyno consil. 150. numero 5. volumine 5. non admitti probationem paratam in causa matrimoniali, quando agitur de infringendo matrimonio, sequitur Thom. Grammatic. consil. crim. 26. num. 37. & 38. allegans ad hoc Abb. & Felin. in d. cap. in literis, vbi dicunt esse ibi notabilem casum de hoc, & probatur hæc sententia ex prædictis, dum resoluimus, quod quando agitur de dissolutione matrimonij testes debent esse omni exceptione maiores. Quæ sententia magis communiter à Doctores recepta est, & ideo ab ea non est recedendum in iudicando, & consilendo, ut cum aliis affirmat Farinat. vbi supra, d. quæstione 62. numero 106. & 107. contra alios plures relatores per Anton. Gabriel. d. conclusione 8. de testib. numero 37. vers. contrarium & Mascard. d. conclusione 1019. numero 8. vbi numero 11. cum sequentibus, quod sine dubio tanto magis hoc procederet, quando pro matrimonio conueneret aliquod aliud adinicum vel præsumptio iuxta distinctionem de qua ibi per eum, quem sequitur Farinat. vbi supra, numero 10. Sed testes, de quibus agimus in hac lite, non sunt maiores omni exceptione, sicut nec coniunctus, ut plurimum citans tenet Anton. Gabriel d. conclusione 13. numero 21. ergo, &c.

Et quod quando producents testes inhabiles potuit adhibere testes habiles, & non adhibuit, non probent inhabiles, etiam si factum sit de sui natura difficilis probationis, tenet etiam cum aliis Farinat. de oppositioe contra testes d. quæstione 62. numero 30. & 66. & 72.

Præterea regula illa, quod testes inhabiles admittuntur, quando veritas aliter haberi non potest (licet non conueniat in proposito, ut prædiximus) procedit tamen nisi testes patiantur plures defectus, quia tunc hi non admittuntur etiam in subsidium, ut cum aliis probat Gabriel conclusionem 7. de testib. numero 10. & allegans plures Mascard. de probat. 3. tom. conclusione 1360. numero 21. Honded consil. 106. num. 56. & 57. est communis, ut plures citans affirmat Farinat. d. quæstione 62. num. 80.

Similiter, & si testes inhabiles admittantur in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, non tamen sunt integre fidei, nec omni exceptione maiores, & propterea, non plenam, sed qualem qualem faciunt

faciant probationem, & iudicium, ut cum veriori, & magis recepta sententia affirmat contra alios DD. Farinat. vbi supra, de oppositioe contra testes d. quæstione 62. numero 68. 74. & 77. vbi in fine eam tam in iudicando, quam in consulendo omnino amplectendam credit tanquam veriore, & etiam magis communiter receptam.

Non obest etiam, quod prædicebamus, testes inhabiles admitti, quando concurrunt cum alio habitus respondemus, hoc non procedere in causa matrimoniali, in qua etiam numerus testium non supplet, idemque est in alia causa civili graui, ut expresse tenet Gabriel d. testib. conclusionem 5. numero 13. & conclusionem 6. numero 6. cum Decio consil. 133. Grammatic. d. consil. 26. numero 51. & 52. Zal. consil. 3. volumine 2. sicut nec in causa criminali, ut per Gabriel. d. conclusionem 6. numero 5. quæ omnia pluribus ad singula eorum allegatis tenet etiam Farinat. de oppositioe contra testes d. quæstione 62. numero 311. cum quatuor sequentibus: quod præmaxime procedere videtur in nostro casu, in quo agitur de infringendo matrimonio prædicto, cum tunc exigantur testes omnium exceptione maiores, ut prædiximus, imo etiam, quod sint plures consanguinei, adhuc eis minor fides adhibenda est, propterea quod coniunctus non sit omni exceptione maior, ut probat cum aliis Gabriel d. conclusione 13. numero 20. & 21. & inquit Carol. Ruyn. d. consil. 149. numero 37. volumine 5. quod contrarium procedit in causis civilibus non arduis, sed in causis criminalibus, & civilibus arduis, numerus non supplet defectum, præcipue, quando agitur de matrimonio dirimendo (ut in presentis causa) ita probatur in d. cap. in literis, quo in specie ad hoc allegant Moderni, Paris. in l. si quis ex argentiarius §. 1. de edend. post Bald. in cap. ad nostram de probat. & tenet etiam Carol. Ruyn. consil. 150. numero 18. volum. 5. vbi addit, quod causa, in qua tractatur de dissolutione matrimonij, dicitur ardua, cap. 1. de consang. & affini. addo ego cap. fin. de procurat. lib. 6. ergo, &c.

Minus obest quod in proposito, quod consanguinei, & domestici sunt valde honesti, quia nihilominus non sunt maiores omni exceptione, ut requiritur ad dissolueno matrimonium, ut diximus, & non sufficit, quod consanguinei sint alias idonei secundum Thomam Grammatic. d. consil. crim. 26. num. 48.

Hæc sunt, quæ pro hac parte adducta fuerunt ab Aduocatis pro primo matrimonio, & in fauorem ipsius.

Secunda pars affirmatiua. Nihilominus tamen decisa fuit hæc causa per omnes Iudices Supremos concorditer in fauorem secundi matrimonij in facie Ecclesiæ personaliter contracti, annullato præcedenti matrimonio etiam solemniter celebrato per procuratorem, ratione defectus, & defectu consensus, qui quidem defectus consensus, & licet defectus reputatus fuit pro sufficienter probato, & aliis rationibus, de quibus infra, & ita exequutum fuit.

Primo ob metum reuerentiam erga patrum magnum, quem nepos ex fratre summe colebat, ac si esset proprius pater, cuius quidem patris magni iussu, qui prædictum primum matrimonium maxime affectabat, nepos mandatum dedit procuratoribus ab eodem patris nominatis ac destinatis ad contrahendum dictum primum matrimonium, ut patris obtemperaret, licet iniurus, suppositus eiusdem nepotis tenera ætate auerterat, & terribilibus patris conditione, nec non ipsius minis, ac

quod nepotem ut filium domi alebat, ut satis probatum existit in processu, quæ simul iuncta contractum matrimonij subsequutum, nullum reddiderit, ut ex infra dicendis apparet deducendo rem à suis principijs, ut hic (Deo doce) late faciemus: sicut materia huius libri poscit, quamuis ad præstringendum hoc fundamentum contra primum matrimonium pauca fuissent.

Est igitur in re hac primum obseruandum: matrimonium ex solo metu reuerentiali contractum, non esse nullum, sed potius validum, nisi eo casu, quo ceteri contractus ex hoc metu sunt rescindendi, nempe præcedentibus minis illatis ab eo, qui solet quod minatur, exequi, vel nisi enormis læsio in contractu contingat, simul cum metu reuerentiali, ut late probat, & resolut cum communi aduersus Igneum D. Conar. in quarto de sponsal. secunda parte cap. 3. §. 6. numero 4. & 5. dicens ab omnibus esse receptam, & Padilla in l. interposita, numero 17. C. de transact. Emanuel Soarez in Theaur. receptarum sententiar. verbo matrimonium metu obsequial. Nauar. lib. consil. in 1. editione, in l. de sponsal. consil. 36. numero 10. & in secunda editione, lib. 1. tit. de huius, que vi. consil. 10. numero 10. Ludouic. Lopez in secunda parte Instruction. in materia de matrim. cap. 40. fol. 107. in §. igitur pro resolutione. Thomas Sanchez lib. 4. de matrim. dispensatione §. numero 2. vbi quod non requiritur tam iustus, ut requiritur ad alios contractus irritandos, ut docent Præpos. in cap. cum locum, numero 6. de sponsal. Neuzan. consil. 46. numero 3. & Nauar. vbi supra. In matrimonio namque maior libertas desideratur, quam in reliquis contractibus: tamen adhuc in matrimonio metus reuerentialis cum enormi læsione non videatur sufficiens ad illud irritandum, ut dicemus infra.

Secundo, quod licet sint diuersæ opiniones inter DD. an solus metus reuerentialis viri erga uxorem parentis erga filium, &c. sufficiens sit ad rescindendum matrimonium, vel alium contractum, quarum opinio vna est affirmatiua, ut in aliis contractibus à matrimonio late iure probat allegans glossam iunctam textui in l. 1. §. que uxoranda, verbo metus, ff. quar. rerum act. non detur, & plures alios Auctores Thomas Sanchez vbi supra, numero 4. & in matrimonio, quod irritetur solo metu reuerentiali, docent expresse Ioan. Igneus in l. 3. §. eleganter, numero 139. ff. ad Senat. Consil. Syllan. vbi late eam probat, & in numeris præcedentibus, & Nauar. vbi supra. in casu de quo ibi per eum, Alex. Carter. de sponsal. lib. 4. cap. 9. ad fin. & Menchac. lib. 1. controuers. instr. cap. 35. num. 19. dicit saltem forte hodie iure Canonico, & Ciuili C. irritari matrimonium per solum metum reuerentialem, quamuis olim Iure Digestorum, eo quod facile permittebatur repudium, non irritaretur. Hanc primam sententiam voluit prius Anton. de Butrio in cap. cum virum, numero 6. de regular. loquens in actibus spiritualibus exigentibus omnimodam libertatem, ut hi annullentur per solum metum reuerentialem absque minis: licet secus sit de aliis actibus, & eam tenet Ferrer. consil. 296. numero 14. est communis secundum, Padill. vbi supra numero 16. & hanc primam sententiam nouissime sequitur, & probat Fr. Basil. de impedim. matrim. cap. 29. §. 11. pag. 421. in vers. imo tamen.

Secunda sententia habet metum reuerentialem patris esse cadentem in virum constantem, & sufficere ad contractus rescissionem, non autem metum similem aliorum, quibus etiam reuerentia debetur, quam probat, & tenet Barbat. consil. 60. numero 10. cum sequentibus, volumine 1. idem videtur tenere Auechat. in cap. ex literis numero 2. de sponsal. impub. &

Montalu. in l. 8. gloss. 2. tit. 11. lib. 2. For. Alex. post alios in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, numero 11. ff. filius, matrimonio.

Tertia affirmat, contractum in totum, cui debetur reuerentia, vel ad eius utilitatem rescindi ob metum reuerentialem, secus eum alio, nec in eius utilitatem celebratum, ita Baldus in l. fidesus, la. segunda. §. Pater Sei ad fin. ff. de pignor. Roman in d. l. si cum dotem, §. eo autem tempore, numero 11. Barbat. in cap. causam matrimonij, in principio. de officio delegat. Sarmient. lib. 2. sect. 1. interpret. cap. 11. numero 10. & alij.

Nihilominus tamen vera, & magis recepta sententia ac proinde tenenda habet, quod prædiximus, nempe, solum metum reuerentialem, nisi mine, aut verbera. aut alius metus grauis illi adiungatur, non dici cadere in constantem virum, ac proinde matrimonium non annullare, nec alios contractus, vt in cap. cum coniugat, de iure iur. & ibi Abb. in princip. est communis secundum Alciat. ibi numero 1. & 2. qui multis modis eam ampliat, & limitat, & latissime Anton. Gomez in secundo tom. var. resol. cap. 14. de restitut. min. numero 27. per totum, & Padill. vbi supra, D. Molin. lib. 2. de Hispan. primog. cap. 3. numero 9. cum pluribus sequentibus, & nos de iuramento confirmat. 1. parte cap. 1. numero 15. & in Auth. sacramenta puerum, numero 94. C. si aduers. vendit. & consil. 16. numero 16. & in terminis matrimonij contracti per metum reuerentialem solum, quod sit validum, probauimus supra in prima obseruatione, & loquens tam in matrimonio, quam in ceteris contractibus, hanc sententiam reputans eam multo magis reuereorem latissime sex fundamentis comprobat Thom. Sanchez lib. 4. de matrimonio disputacione 6. numero 7. vbi nos, & alios infinitos Authores tam Iuristas, quam Theologos in idem congerit. & numero 9. & 10. improbat eum alios secundum, & tertiam sententiam supra rellatas. Addit tamen ibi numero 11. quod in aliquo casu attentis particularibus circumstantiis occurrentibus possit admitti ea opinio, quæ habet, metum reuerentialem rescindere contractus in totum, cui reuerentia debetur, nempe, si cum metu reuerentialem concurrat filium esse valde paternis præceptis obtemperantem: & mulierem valde imbecilem, virumque crudelem, & austerum circa uxorem, vel patrem erga filium sibi non consentientem, quia tunc, si vir, aut pater præcipiat uxori, aut filio. vt contractum celebret in ipsius præcipientis utilitatem, est metus sufficiens ad rescindendum contractum, & vt optime admittunt Suarez allegacione 24. num. 5. Matienç. in dialog. relar. tertia parte, cap. 20. num. 19. & nos consil. 16. n. 16. Ioan. Garcia. & Salzed. quos ibi citat.

At in proposito minz, quas patrus fecit nepoti sufficientes non videntur, vt caderent in constantem virum, siquidem non fuerunt mortis, nec cruciatu corporis per actus exteriores. vt in cap. veniens, el. segundo, in princip. & ibi Abb. in quarto notabil. & in cap. consultacioni, in fine, in l. 1. gloss. & ibi Cardin. & Butrius de sponsal. in cap. cum dilectus deus, qui vi. & caus. Dominic. consil. 15. columna penultim. versicul. super secundo dubio. Alexand. consil. 136. numero 12. lib. 1. & consil. 99. colum. 1. lib. 3. Ferreris consil. 240. numero 5. nec iactura omnium bonorum suorum, nec maioris partis eorum, iuxta tex. & ibi gloss. de his, que vi. & c. Et D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte, cap. 3. §. 4. numero 8. vbi idem probat in amissione magnez rei: cum igitur hæc deficiant in presenti causa, solus metus reuerentialis patris non videbatur sufficiens ad annullandum matrimonium, iuxta dictam reuereorem, & magis communiter receptam sententiam.

Sed cum in proposito ultra metum reuerentialem patris magni, eiusque minas concurrat austeritas magna, & terribilitas conditionis eiusdem patris, insuper & tenera ætas nepotis, eiusque docibilitas, & magna subiectio ad aliud dicendum inducunt.

Vbi enim cum metu reuerentialem simul concurrerit nimia crudelitas, & saeuicia eius, cui reuerentia debetur, iustam timoris causam inducit secundum Abb. in cap. causam matrimonij num. quinto, de officio delegat. vbi Decius num. 5. & alios referens D. Molin. vbi supra d. num. 9.

Idem si pater erat vir terribilis, vel nimium crudelis, & saeuiciam præferat, solitusque seuire se, vbi suæ non obtemperat voluntati, etiam si minz, & verbera non præcefferint secundum Abb. in d. cap. cum virum, numero 8. de regul. qui hoc relinquit arbitrio iudicis variis circumstantiis consideratis, idem tenet Abb. in cap. nonne numero 1. de presump. vbi Felin. numero 8. & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 2. de matrimonio, disputacione 6. numero 12.

Ex quibus notabiliter dixit Bald. in cap. 1. §. iniuria, columna penult. de pace iuramento firmand. prout eum refert, & sequitur cum aliis, quos citat Thom. Sanchez vbi supra, numero 13. vultum potentis terribilem absque minis incutere iustum metum, quia virtute clauduntur ibi minz: quæ verba ego non inuenio in meo Baldo: sed tantum in d. columna penultim. numero 19. hæc quæ sequuntur: Sed pone, quidam potens mihi mandauit, quod occidam Tritium, alias interficiet me, nunquid excusat, cum alias vitam meam saluare non possum, dicit Petrus quod sic ad l. Aquil. l. scientiam §. qui cum aliter, & ibi per Cyn. & sequitur cum aliis hæc doctrinam Baldi Julius Clarus in sua practica crimin. §. fin. quæstione 60. in vers. soler dubitari: ibi, hæc autem de plano, & c. & ibi, hinc inferitur, est communis, vt cum aliis refert, & sequitur Farinat. tertio tomo de delict. titulo de panis temperand. quæstione 97. n. 19. & tomo 2. titulo de homicid. quæstione 124. num. 94.

Vbi quod hæc communis potest procedere, quando quis re vera est constitutus in periculo vite suæ, & periculum est instans, illudque alter euadere non potest, quam occidendo eum, quem occidi iubet ille princeps, aut potens vir, focus si aliquo modo talo vite suæ periculum effugere valeat secundum Cyn. & alios, quos ibi ad hoc citat, & hæc declaratio vera mihi videtur, & tenenda.

Non enim Bald. in d. cap. 1. §. iniuria de pace iuramento firm. loqui videtur in terminis huius causæ matrimonialis de qua agimus, nec tenere id, ad quod eum citauit Thomas Sanchez, nempe, vultum potentis terribilem absque minis incutere iustum metum, nihilominus tamen hoc verum reputo eadem ratione in viro potente, & severo erga eos, quibus mandare potest, ex Grammatic. voto 38. quem refert Iulius Clarus, & Farinat. vbi supra, in quæstione namque Baldi supra relata, etiam si Princeps seu vir potens, & seuerus non minetur, modo sit solitus interficere, ac male tractare, non exequentes sua mandata, quamuis iniusta, idem est dicendum, est enim viroque casu patratio timoris, vt bene consuluit Bertraz consil. 173. num. 12. cum sequentibus, lib. 1. post Bal. & alios, qui citat, eosque sequitur Farinat. vbi supra, de panis temper. d. quæstione 97. num. 22.

Quis igitur potentior, aut seuerior (præter Regem) quam præd. patrus, vt probatum existit in processu? ergo simul cum suis minis: ergo eius vultus iustum metum incutit in eius nepotem sibi multum obedientem, atque docilem, & timidum erga eum.

Quod

37 Quod & præcipue procedit in proposito, cum sit de iure, quod metus reuerentialis, cum importunis precibus sufficit ad rescindendum contractum secundum Mattheum de Afflictis decisioe Neapol. 69. quem refert, & sequitur in proposito matrimonij D. Couar. d. cap. 3. in fine, & probat quampluribus doctrinis tam in aliis contractibus, quam in matrimonio latissime Thom. Sanchez lib. 4. de matrimonio disputacione 7. numero 4. per totum, cum sequentibus, vbi citat hoc tenentes in terminis sponsalium, & matrimonij. & numero 7. hanc reputat probabilioer sententiam inter alias duas, quas prius reulerat.

38 Et num. 8. monet non quascunque preces assiduas, importunas dici, sed quæ sunt instantissimæ, & sæpius repetitæ, & inculcatæ: importunum namque dicitur, quasi sine portu, & absque quiete, vt inquit Archidia. in cap. suo, num. 2. de rescript. & docet Peralt. in l. si quis, in principio, numero 32. ff. de legat. 3. idem probatur ex tex. in Auth. de hered. & Palsid. in princip. ibi: semper igitur nobis importunæ sunt, vbi glossa. verb. importune exponit, id est, valde instantes, & in l. 1. C. de petitionibus honorum sublat. lib. 10. ibi, inuerecunda petentium inhiacione, & ibi gloss. exponit, id est, frequenter petitione, sed & est optimus tex. Sacre Pagine pro hac parte ludicum cap. 16. vbi importunas Dalice preces sic explicat: cumque molesta esset ei, & per multos dies inquit adhereret, statim ad quietem non tribuens, & c. vbi Nicolaus de Lyra. super his verbis inquit, hic consequenter describitur veritatis apertio. quia per molestiam mulieris importune petentis, veritatem rei aperuit ad sui interitum, importunæ igitur preces de quibus in proposito agimus debent esse instantissimæ repetitæ, & inculcatæ ad hoc, vt simul iunctæ cum metu reuerentialem operentur contractus rescissionem, tanquam adum inuoluntarium. ac importunitate si diu, & frequentissima obtentum, atque extractum.

At in casu nostro hoc contingit, quia interueniunt multæ, ac importunæ preces, & persuasiones patris magni, erga nepotem ad hoc, vt prædictum mandatum daret coram Tabellione ad contrahendum matrimonium nominatim cum prima, & non cum altera, cum minis prædict. eiciendi eam a domo sua, quinimo, & à Curia Regis, quibus omnibus iunctis cum præd. metu reuerentialem potentia, & seueritate patris satis comprobatur extorsio, & nullitas d. consensus.

39 Quod autem metus reuerentialis similiter sit respectu patris probatur, quia patruelis seu nepos, vel neptis ex fratre patris, illum tanquam patrem generatur, Ancharran. consil. 339. numero 32. Crauet. consil. 976. numero 16. lib. 3. Capicius decis. 159. numero 36. Padilla in l. interpositas, numero 21. in fin. C. de transact. nos consil. 16. numero 17. Peralt. in l. Titia cum testamento §. qui in vita, numero 1. ff. de legat. 2. Menoch. consil. 493. volumine 1. Salzedo in addit. ad Bernard. Diaz. de Lugo, in reg. 135. in fin. Marc. Anton. Cuch. lib. 5. Instru. mai. titulo 12. num. 148. Thom. Sanchez vbi supra, d. disputacione 6. numero 34. addens, quod quamuis aliqui ex his loquantur de nepte ex fratre, que est sobrina de parte del padre, vt Anchar. & Peralta, idem dicendum est in nepote ex fratre (hoc est) in el sobrino varon de parte del padre, & ita Aymon. Capicius nos. Padilla & Salazar indistincte de patruo loquuti sumus, & Menoch. loquitur de patruela, quod nomen vtrumque seculum comprehendit, & expresse tenet Ant. Cuchas dicens talem metum irritare matrimonium, quando puella, vel masculus est paulo pubertate maior secundum Cuchum vbi supra, sed secundum Sanchez

melius limitat Capitus, nempe, vt procedat quando patruelis est in domo patris, sub eiusque gubernatione remansit, vt in presenti causa remansit: addit Sanchez, quod quamuis Doctores non loquantur de auunculo, que el es no hermano de madre, credit tamen respectu eius dari etiam metum reuerentialem, quando cum eo nepos ex fratre habitat, ab eoque gubernatur, quia eadem est ratio.

Tertio in materia metus reuerentialis erga patrum, illud obseruandum est, non recte nouiter censuisse Cuchum d. lib. 3. Instru. maior. titulo 12. num. 133. & 134. ad matrimonium irritandum, non sat esse metum reuerentialem patris cum minis, nisi simul adstet verbera in filio masculo adultæ ætatis: secus in filia puella, & filio impubere, & etiam in aliis, iurisdictioni alterius subiectis, ex rationibus de quibus ibi per eum: omnes namque fere DD. tenentes præfatam reuereorem, & receptioer sententiam cum sua limitatione de minis, & verberibus expresse exemplificant, etiam in filio: & ratio est, quoniam metus reuerentialis patris cum minis, aut verberibus aufert liberam voluntatem filij, defectus autem liberi consensus in matrimonio multum operatur, vt vidimus: cautius tamen circumspiciendum est, de paternis minis ad incuriendum metum cadentem in constantem virum, quam aliorum: cum enim necessarium sit, vt minas solitius sit minas suas exequi, eæque debeant esse mali grauis, vt infra dicemus, minis præsumitur de patre ratione pietatis, suas minas exequuntur: cæterum si pater atrox sit, & solitus eas exequi, idem in illo, ac in aliis dicendum est, vt optime cum aliis contra Cuchum vbi supra probat Sanchez. ibidem num. 9. dicens oportere ad hoc quod pater graue damnum minetur.

Quia non sufficeret ad irritandum matrimonium, si sub pena suæ maledictionis illud præciperet, ea enim maledictio non est causa necessaria mali euentus, secundum Palac. in quarto, distinctione 29. disputacione 1. in fine.

Quarto obseruandum similiter est, quod si filia matrimonium contrahat, non præcedentibus minis solum eo timore, ne patris indignationem incurrat, erit validum matrimonium huiusmodi, quia is metus non censetur cadens in constantem virum, ita tenet glossa in l. si pater cogente, gloss. fin. ff. de ritu nupt. quam sequitur alios allegans Thom. Sanchez lib. 4. de matrim. disputacione 6. numero 14. vbi hoc modicæ, vt procedat, quando indignatio illa patris, vel viri non diu permanebit, sed spes est futura reconciliationis, quia si timeret probabiliter diuturnam fore indignationem, & semper se habituram patrem, aut virum valde infestum, & indignatum, obiecturumque passim illam inobedientiam, credit esse timorem cadentem in virum constantem: ibique hoc late probat.

Quinto, quod et si idem metus per quem ceteri contractus veniunt rescindendi sufficit, vt matrimonium ob eum contractum irritum fiat, & ideo solus metus reuerentialis cum enormi læsione in aliis contractibus sufficiens sit ad eos rescindendos, vt supra diximus in prima obseruatione numero 31. ac proinde idem videbatur dicendum in matrimonio, veluti si filia ob patris reuerentiam nubat viro longe disparis conditionis, cui alias non nuberet, vt tenuit Ludouic Lopez in secunda parte Instruccion. noui, in materia de matrimonio, cap. 40. foho 1071. in fine, in §. cuius quidem opinio, & voluit Couar. in quarto, secunda parte, cap. 3. §. 6. numero 4. verius tamen, & tenendum esse censeo in hoc de matrimonio cum Thom. Sanchez vbi supra, numero 15. quod imò matrimonium non irritetur ex solo metu reue-

reuerentia cum enormi lesione ex ratione differentia in hoc inter contractum matrimonij, & ceteros contractus, quam ibi assignat.

44 Sexto, quod etiam quamplures teneant, solum metum reuerentialem sufficere ad professionem religionis annullandam, ut sunt glossa per tex. ibi in cap. present. verbo pariter 20. quasi 3. & alij quamplures, sicut communis hęc sententia. ut profitentur Couar. & Padilla statim citandi. eamque tenet Emanuel Rodrig. in sua summa, secundo tom. cap. 8. num. 10. & alij quamplures relati à Thoma Sanchez ubi supra, numero 17. verior tamen, & tenenda sententia est contraria: nempe ut sicut solus metus reuerentialis non sufficit ad annullandum matrimonium, ita neque professionem religionis secund. Abb. in d. cap. cum virum, numero 8. Couar. alios allegantem in d. 2. parte, §. 6. numero 7. & Padilla in d. l. interpositus, numero 17. Matienq. in Dialog. Relatoris, 3. parte, cap. 20. numero 4. Cuchum lib. 5. Instit. maior. tit. 12. numero 139. Salze. in addit. ad Bernard. de Lug. in regula 332. ampliatione 1. eam tenet bene probans, & plures alios DD. citans Thom. Sanchez ubi supra, num. 18. ubi numero sequenti respondet fundamentis prioris partis contrarie: scilicet in officio tacita, nam eam bene censetur annullare metus reuerentialis, ut cum Innocent. & alij probat Thom. Sanch. d. lib. 4. de matrimonio, dispensatione 6. num. 35. in vers. & confert valde, & num. 30.

45 Septimo est obseruandum, quod etiam non desint, qui censent, non requiri probari, quod minas solitus sit suas minas exequi, ad rescindendos contractus celebratos ob metum reuerentialem simul cum minis, ut sunt Carol. Ruyn. dicens esse communem consil. 121. num. 6. vol. 4. Roman. in d. l. interpositus, num. 14. C. de trans. Alciat. in d. cap. cum contingat, num. 1. de sur. iur. quos refert, & sequitur latissime hoc probans, & defendens Riminal. in princ. instit. quibus alien. licet, & c. numero 305. cum sequentibus: verior tamen, & receptior est opinio contraria, ac proinde tenenda, scilicet, etiam cum metu reuerentialem, & minis requiri probari quod minas solitus sit suas minas exequi, ad hoc, ut contractus matrim. & ceteri ob eum metum rescindantur, & annullentur, ut probat plurimos citans Thom. Sanch. ubi supra, num. 21. ubi num. 24. addit, quod in dubio quando vir potens, vel magistratus minatus est, & dubium esset de sua conditione an atroc esset, & solutus minas exequi, dicendum est incutere iustum metum, ut late probat Berous in cap. 1. de officio deleg. numero 19. quod etiam significauit Padilla sic intelligendus in d. l. interpositus, numero 20. dum dicit alleganti has minas non incumbere onus probandi consuetudinem minantis, quasi presumpcio sit huius consuetudinis, quod quidem sic simpliciter dictum, nisi id verum intelligamus in specie premissa Beroi, & non alias, non censet probandum.

46 Octauo aduertimus, diuersas esse Doctorum sententias circa eam questionem, an solus metus reuerentialis annullat consensum presumpsum ex presentia cum taciturnitate, v. g. si presente filio, vel filia, & tacente contrahat pro eo, vel ea pater sponsalia, vel matrimonium: filius tamen, etsi consentiat tacendo, non tamen faceret, nisi ob reuerentiam patris? Prima namque quamplurimum Doctorum sententia habet, solum metum reuerentialem annullare tacitum consensum, & presumpsum, quamuis minas non intercedant, quam tenet glossa in c. vniuersaque, verbo saluatum 22. q. 4. & in c. plerumque, verbo & tacent 2. q. 7. & in l. filius familiaris 3. verbo non probatur. ff. de procurat. Bart. in l. qua datus, num. 23. ff. solut. matrim. & alios referens D. Couar. in d. 4. de

sponsal. 2. parte cap. 3. §. 6. num. 105. Menchac. lib. 1. controuers. illustr. cap. 31. num. 21. Matienq. in Dialog. relat. 3. parte, cap. 10. numero 5. Azedo. in l. 9. numero 28. in l. lib. 5. nona collecti. Regia, Peralta in l. Tertia cum testam. §. qui in vita, num. 1. ff. de legat. 2. Cuchus lib. 5. Instit. maior. tit. 12. numero 131. & alij plures; quos pro hac parte citat Thom. Sanchez d. lib. 4. dispensatione 6. numero 25.

Secunda est sententia tenentium contrarium, nempe non sufficere in hoc metum reuerentialem, nisi adiungatur: quam tenent Abb. in cap. nonne numero 1. ad fin. & ibi Felin. numero 22. de presumpcion. idem Felin. in cap. causam matrimonij, numero 4. in fin. de officio delegat. dicens in praxi hanc sibi placere, quamuis attento iuris rigore contraria sit verior, hanc etiam secundam sententiam probantur Franc. in cap. 2. de pact. in 6. numero 2. vers. scilicet, secundo citam patet, Socin. in l. 2. numero 7. ff. solut. matrim. & ibi Vincent. numero 4. in l. qua datus, numero 96. ff. solut. matrimon.

Tertia sententia verior, & tenenda habet, quod si actus sit preiudicialis, satis est metus reuerentialis, ut non videatur filius consentire tacendo, v. in l. penultima, ff. de suris: si vero actus sit favorabilis, ut matrimonium, quod pater contrahit pro filio, filiaue, tunc censetur consentire, neque consensus annullatur per solum metum reuerentialem, & ita procedit secunda sententia supra adducta, quæ in hoc casu est vera: ita Decius in d. cap. causam matrimonij, numero 26. cum sequentibus, de officio delegat. Alex. in d. l. qua datus, numero 27. in fin. ff. solut. matrim. & in d. l. interpositus, numero 5. C. de transact. ubi Alciat. numero 13. & nos de iuramento confirmat. 1. parte, cap. 4. numero 28. Barbosa alios referens in l. 2. §. final. numero 7. & 8. ff. solut. matrim. & Thomas Sanchez cum alijs ubi supra, num. 37. ubi citat Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 9. numero 5. dicentem, secus esse in matrimonio, quod contrahit pater, aut tutor pro puella presentis, & tacenti, quando ipsa non est causa contradicere patri, aut tutori truculento pro ea respondenti: quia tunc est nullum matrimonium, non enim dixit absolute patri, aut tutori, sed addidit, truculento quasi referens ultra reuerentiam, ut tacite adfuit minas, ut bene obseruat Sanchez ubi supra, truculentum enim Latine dicitur, qui vultu crudelitatem prestat, aliosque terret, ut ex Cicero. & alij probat, & exponit Calepin. in suo dictionario secunda parte in hoc eodem verbo.

Priorem tamen partem præcedentis distinctionis intelligo veram esse, nisi modicum sit preiudicium, parum namque pro nihilo reputatur, ita Alexand. & nos ubi supra, nec non & Sanchez modo citatus, ibi, intellige autem: ubi etiam intelligit, quanto est matrimonium preiudiciale, non ceteri consentire, quoad presumptionem in foro exteriori: quia si vere esset consensus, esset matrimonium.

Rursus, & secunda pars prædict. distinctionis est intelligenda, nisi matrimonium esset preiudiciale, tunc namque filius, vel filia presentis, & tacens non censetur consentire, quoad presumptionem in foro exteriori, nisi vere esset consensus, quia tunc erit matrimonium, ut modo dicebamus: nam si matrimonium, aut sponsalia essent indigna filio, aut ei preiudicialia, non presumeretur consensus obtauitatem, quando filius tacet ob patris reuerentiam, ut tenet Barbosa ubi supra, numero 9. & Sanchez numero 38. ubi, quod re vera consentiret, non credit Sanchez annullari per eum metum, ut ipse proxime dixit, & tenet secunda sententia supra relata.

Nono obseruo metum reuerentialem non solum dari

dari in patre, & patruo, de quibus supra egimus: sed etiam generaliter in eo, qui in re aliquo subiectionis alteri subest, ut in clerico respectu Episcopi: in seculari respectu Magistratus, cui subditur: in vxore respectu viri, ut tenent omnes de hac re agentes: vnde idem est respectu foemine, quia hic parentis locum obtinet, ut in l. quia pater 17. ff. solut. matrim. imo non minor reuerentia debetur socero, quam patri, ut inquit in l. transactionem, numer. 2. C. de transact. & ita, quod respectu soceri datur metus reuerentialis, tenet Aymon. Craue. conf. 282. num. 9. Accetia, conf. 24. num. 6. Padilla in d. l. interpositus, num. 21. in fin. C. de transact. Salzed. in addit. ad regul. 332. Bernard. Diaz. & hos referens, & sequens Thom. Sanchez d. lib. 4. de matrim. disp. 6. num. 26.

48 Idem est dicendum de auo, quia tanquam pater colitur, ut cum Nauar. in secunda editione titulo de conuersione coniugati, conf. 3. num. 2. probat Sanchez ubi supra, num. 27. dicens idem esse eadem ratione de timore aliorum ascendendum, quia tanquam parentes habentur, & coluntur, & num. 28. idem probat in curatoris timore, quia loco parentis habetur, ut in terminis tenet Nauar. lib. 1. titulo de his, quæ vi, in secunda editione consil. 10. num. 5. dicens irritare matrimonium, & professionem, casu, quo timor parentis irritaret & de tutore idem dicit Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 9. num. 5.

49 Secus autem esse de timore matris tenet Burgos de Paz, consil. 3. num. 25. nempe, ut non sufficiat ad rescindendum contractum eius timore celebratum, quia foemina minus timetur, quam minus audaces sint, & imbecilliores, l. quæ quæ, §. ad filias C. ad l. l. magis, ibi, quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse confidimus, l. secunda, ad fin. titulo 2. partit. 7. ibi: non deue hunc asinar, & c. idem voluit Hypopolit. consil. 124. num. 13. dicens non presumi in eum si filia contrahat in presentia matris, sicut quando presentem patre: at secus esse dicendum, quando mater esset crudelis, & auster, solitaque minas exequi, ut supponit Aretin. d. consil. 24. numero 6. & nos probauimus consil. 16. num. 16. & 19. sequiturque Sanchez ubi supra, num. 30.

50 Idem dicendum est in sorore respectu fratris maioris in casibus in quibus pater, vel mariti metus reuerentialis satis est ad contractus rescissionem, sufficit namque etiam fratris maioris natu respectu fororis, quia soror minor quamdam reuerentiam, & timorem habet respectu fratris maioris, ut cum quampluribus Authoribus tenet, & probat Sanchez ubi supra, num. 31. ubi bene hoc verum esse intelligit cum plerisque eorum, quando soror minor cum fratre maiore habitat, ab eoque gubernatur, alias secus: & numero 32. idem in supra modo didis esse dicendum probat in fratre minore respectu maioris cum eo habitante, & ab eo gubernato secundum DD. quos ibi citat: & num. 33. idem eadem ratione cum Peralta dicendum esse affirmat in sorore minore cohabitante eum sorore maiore: à qua gubernatur, quia tunc soror maior est veluti mater.

51 Ex quibus satis superque remanet completum, & locupletatum hoc primum fundamentum contra primum matrimonium, & in fauorem secundi: & materia metus reuerentialis circa matrimonium, quando sufficit ad id irritandum, & quando non, declarata, & interpretata.

Secundum principale fundamentum huius secundæ partis in fauorem secundi matrimonij consuetudine dissensu prioris matrimonij per mandatum manifestato, antequam id celebraretur in processu presentis probato magno numero testium grauitimorum, nempe postquam fuit concessum dictum mandatum, vsque ad diem, quo de facto, & sine consensu

fuit celebratum dictum matrimonium, & antequam celebraretur, ut patet ex actis processus, & hoc quampluribus vicibus, ita ut circa ipsum dissensum ante celebrationem d. primi matrimonij nullus relictus sit locus ambigendi.

Tertio, & precipue, quia idem Magnas, qui mandatum concessit ad contrahendum primum matrimonium, paucis diebus ante celebrationem ipsius matrimonij deliberate destinauit, & resoluit, non ducendi in vxorem priorem, ad quam mandatum dederat, sed secundam, cum qua paulo post verum matrimonium, & legitimum contraxit certum nuncium mittendo ad eam petendam in vxorem, prout fuit petita eius nomine, & commissione, & sæpe ac sæpius de hoc fuit actum, & tractatum cum actoribus secundæ mulieris, ita, ut vicissim multa hinc inde super hoc matrimonio efficiendo ante celebrationem primi matrimonij fuerint acitata, quousque conclusum fuit negotium ante celebrationem primi matrimonij: insuper idem Magnas tempore debito iussit accessit suum iuris peritum ad reuocandum dictum mandatum à se concessum, viso, quod secundum matrimonium erat iam deperitum, & conclusum: hocque contigit eodem die, quo primum matrimonium postea alibi per procuratorem fuit celebratum, ex quo induitur prædicti mandati reuocatio, aut saltem dissensus ipsius tempore opportuno, quamuis actus, & verbis formalibus reuocatus non fuerit, nisi duobus horis postea quam primum matrimonium fuit celebratum ob moram iurisperiti, non tamen ob culpam eiusdem Magnas: durauit siquidem ipse semper in suo dissensu cum animo expresse reuocandi reipia præd. mandatum, prout toto illo mane fuit expectans prædict. suum Aduocatam ad reuocandum ipsum mandatum: & cum primum matrimonium illamet die post prædictum in loco valde remoto, & distanti ab eo, in quo debebat idem Magnas, fuerit de facto ignorante, saltem diei celebratum, non fuit facta prius reuocatio expressa dicti mandati, semper tamen defecit consensus contrahendi matrimonium cum prima, ut patet ex actis: ergo, sicut prius mandatum concessum ad contrahendum matrimonium cum certa quadam persona reuocatur per dationem secundæ ad contrahendum cum alia, ut probauimus supra in secundo articulo, ita eadem ratione dicendum est, reuocari etiam per commissionem, quamuis verbalem, probatam tamentestibus alteri vero datam tractandi, agendi, & perficendi matrimonium cum alia diuersa muliere, siquidem hoc est mandatum, quod iure scripturam non requirit, quia per nuncium matrimonium celebrari potest, ut infra dicemus: & ita merito hoc in terminis tenere, & probare videtur Hypopolitus Riminaldus consil. matrimon. 77. numero 32. in primo tomo consil. matrimon. ubi inquit, quod coniectura amoris præambuli alterius puellæ, cum qua quidam Matricula contraxit matrimonium per metum, est parum tuta, propter presumptionem contrariam, quod ille erat captus amore alterius puellæ, illamque dicebat in vxorem capere velle, imoque amicum elegerat qui eam à patre suo peteret, ut plures testes dicunt, vnde colligitur (inquit ille) quod amor suus cum priori puella erat vanus, & simulatus, non autem ex corde: & vna presumpcio tollit aliam, l. Diuus, ff. de in integr. restitutio, & inquit Ferrerus consil. 281. numero 12. versiculo, conuenitur, non est verisimile, quod qui questu matrimonium contrahere cum alia mulieribus, prius cum alia contraxerit, & valet argumentum huiusmodi, capite quia verisimile 3. de presumpcion. & addit, quod in suo casu patet, & patrum viri habuerunt

buerunt consilium à petitis, quod nullum extabat matrimonium inter virum, & priorem mulierem, prout vere in presenti causa contingit, pro quorum opinione Authorum allegat expressum textum in fape d. l. fin. ff. de uort. circa finem, ibi: vbi cunque igitur, vel tenuis intellectus videri potest nolentis nuptiam, dicendum est, iam incipere libere cum alio esse connubium: proinde, si patronus sibi despondeat aliam, vel destinauerit, vel matrimonium alterius appetierit, credendum est, nolle hanc nuptiam, etsi concubinam adhibuerit, idem erit dicendum, iunctis his, quae supra articulo secundo, in ultimo fundamento secunda pars verioris, adduximus circa interpretationem d. l. final, quibus nunc addimus, quod significatio illius verbi, destinauerit, de quo in d. final, desumpti potest ex traditis per Rebuff. in l. 205 ff. de verb. significat. pag. 902. in verbis destinari, ibi, aliquando, vbi quod sumitur pro decernere, deliberare. vt in d. l. 16. qui destinauit petere. ff. de rei vendicac. l. cum bi, §. cause, ibi, aut si destinauerit domicilium transferre. ff. de transactio. cum simi. idem Rebuff. in l. 30. vers. destinata. ff. de verb. significat. pag. 267. vbi etiam, quod destinare puellam, est promittere se daturum, etiam & alicui assignare: & Plautus in Rud. inquit, Minis triginta puellam destinata, &c. Calepinus verbo destinare: appetere vero est desiderare, Laurentius Valla lib. quinto, cap. septimo, ait: appeto cum expeto, cum ratione appeto, qualiacunque expeto honesta, plana que bona, idem Rebuff. in l. 234. vers. primo appetere. ff. de verb. significat. pag. 1021.

Quarto, quia patruus infans eius nepote transfatis pene sex mensibus à die dati prae. mandati in scriptis misit illud ad locum, vbi debeat mulier prima, cum qua virtute d. mandati erat contrahendum matrimonium ad Magistratum illius civitatis, cui fuit datum, vt eo statim vteretur, timidus, & dubius voluntatis ipsius nepotis, ne illud reuocaret, ideoque cum certiore non fecit patruus, quamuis sibi fuit dictum à viro confidenti opus esse, vt priusquam mitteret praefatum mandatum ita antiquum, certiorer faceret de praedicta missione nepotem suam, & nihilominus hoc consulo omisit: ergo coniectura, & indicium satis probabile est praedicti dissensus nepotis.

Stante igitur multiplici, & claro dissensu probato in processu multis modis, de quo non est dubium, etsi praed. mandatum expressis verbis reuocatum non fuerit, animo tamen, & facto contrario manifeste constat de tacita eius reuocatione: vnde quia matrimonium sine consensu celebrari non potest, & de facto alias celebratum irritum est & inane, ac per consequens secundum matrimonium postea consensu celebratum fuit, & est validum, vt patet ex supradictis, atque adductis pro hac parte, ex quibus cessant primum, & secundum fundamentum prioris partis.

Ad tertium, de testibus singularibus, plurimis modis respondetur: primo, testium singularitatem triplicem esse, vnam oblativam, quando insurgit repugnantia, aut contrarietas in vno actu, de quo tantum probando agitur, prout contingit in testibus Sanctae Sufannae, & haec singularitas nihil probat, cum testes dicantur contrarii, imo ipsi in crimen falsi incidisse dicuntur: ideoque puniti fuerint de falso, Daniel. cap. 13. tradit Bofsius in practica criminali, titulo de falsi, numero 23, & nos lib. 3. practice, quaestione 12, numero septimo. Alia singularitas testium est diuersificatio, ex qua inducitur diuersitas rei, & effectus in substantia, veluti, quando actor dicit se mutuasse decem, & testes dicunt, quidam se vidisse mutuassee decem in mense Augusti,

alij vero in mense Septembris, illi testes dicuntur singulares loco, & tempore, non tamen contrarii, ideoque non probant, nec contestes dicuntur, nec coniunguntur ad faciendam plenam, nec semiplenam probationem. Tertia singularitas est, commotivata, aut adminiculata, quando videlicet ex ipsis singularibus testibus nulla resultat repugnantia, seu diuersitas factorum: sed imo omnes super ipso facto principali concordant, & ad eundem finem tendunt ad probandum, & coadiuandam actoris intentionem super eo, quod per ipsum actorem petitum fuit, licet in eo loco, aut tempore diuersi reperiantur, & tunc coniunguntur ad plenam probationem faciendam: hanc distinctionem, & doctrinam late, & optime probat Aymon Crauetia consil. 267, num. 3, cum sequentibus, & iterum in tractatu de antiqui. tempor. quarta parte principal. in argumento testium, in lex. singularitatis, in cap. incipient. sed enim, folio mibi 87. in partibus, num. 1, cum sequentibus, & Ioseph Ludouic. decisione 9. Persina num. 10, cum sequentibus, parte prima, & nos vbi supra, à quaestione 12.

In hac tertia specie singularitatis, quae nostro casui conuenit, quoniam omnes testes dicti Magnatis tendunt ad vnum, eundemque finem, vnumque factum, nempe voluntatis, dissensu, & poenitentiae d. Magnatis prioris matrimonij, de quo in praed. mandato, concordant in facto principali, licet in loco, ac tempore diuersi videantur, ac proinde bene probant.

Communis namque est sententia Doctorum, sufficere testes conuenire in vnum & eundem finem rei, licet in aliis discrepent, vt late probat plures Authores citans Aymon Crauetia d. tractatu, & cap. nono, in versibus, adducitur, ex quo ibi, in praefatione, numero 11. inferit eadem ratione, testes singulares sufficere ad probandum quod in genere, nempe haeresim, iurisdictionem, viuram, possessionem, famam, & familia: genus enim constat, & perficitur ex pluribus speciebus, & particularibus, vnde licet testes deponant de diuersis actibus, tamen quia tales actus tendunt ad eundem finem, & ad probationem illius generis, non repelluntur tanquam singulares secundum plures DD. quos ibi ad hoc nuncupatim citat, glossam etiam in l. ob carmen, §. final, ff. de testib. quibus addo Paul. de Castro loquentem in fraternitate probanda consil. 151. volumine 1. numero 1, & haec est magis communis opinio, secundum eundem Crauetiam, consil. 73, numero 34, & consil. 267, numero 4, vbi veriorer, & magis communem eam appellat, & probat numero 5, & Decius plures allegans consil. 650, numero 11, laf. in l. admodum, num. 212, ibi, videtur ergo, ff. de iure iur. dicit communem Iacob, Leonissa consil. matrimon. 48, numero 13, volumine 1, qui numero 19, eam sequitur, & declarat: idem consil. 51, numero 1, cum sequentibus, eundem volum. vbi loquitur in actibus successiuis, & etiam in momentaneis, qui habent aliquem tractum temporis successiuum, licet actus sit reiterabilis, vt in Missa, &c. Eandem sequitur, & communem, ac magis communem esse affirmat plures referens, & bene declarans alia plura huius conclusionis exempla Anton. Gabriel lib. 1. de testib. conclusione 2, numero 18, & 20, cum sequentibus, in prima editione, idem testatur plures referens Franciscus Viuius lib. 18. commun. opin. vers. testes singulares, pagina 393, in prioribus: Emanuel Soares in suo Thesaur. receptarum sententiarum lib. 1. commun. opin. pagina 568, colum. 2, vers. testes singulares, circa fin. & loquens in furore probando in genere, idem cum aliis bene declarans, tenet Mascard, de probat. secundo tom. conclusione 127, numero 7, cum sequentibus, & in haereticis idem Mascard,

conclu.

conclusione 138, & latissime omnium plurimos citans, & plura exempla assignans, idem probat Hypopolit. Riminald. consil. septimo, numero 27, cum sequentibus lib. primo, & haec re vera meo iudicio est magis communis sententia, vt late etiam eam probauimus d. quaestione 12, numero nono, & nouissime plures allegans in probatione fame dicit magis communem bene eam probans Fatinacius como faciendo de iudicij, & tortura, quaestione 27, numero 268, cum sequentibus, folio mibi 123, & iterum eadem quaestione 47, numero 304, & sequenti, folio 125.

Vnde ad probandum dissensum, & poenitentiam tam longi temporis, testes singulares super eodem facto deponentes bene concludunt, ac probant iuxta praed. magis communem resolutionem.

Sicut etiam bene probant testes singulares praesumptam voluntatem, vt in specie cum Aymone consilio 73, & Marian. Socin. Iuni. consil. 172. volumine 1. resolut. Anton. Gabriel, vbi supra, numero 34. Contra Gratium consil. 50, volumine 1, & Ruyn. consil. 15, volumine 1.

Nec dieatur, quod supra. modo relata communis sententia fallit in duobus casibus, qui ambo contrarii videntur speciei de qua agimus: primo, vt procedat, quando agitur de probando, aliquem esse haereticum in genere: secus, quando agitur de probanda aliqua specie haeresis, tunc enim de qualibet specie, & actu debent ad minus esse duo testes contestes, alias, si sint singulares non probant, secund. Felin. in cap. licet ex quadam, de testib. quem refert, & sequitur Anton. Gabriel vbi supra numero 14, & Mascard. loquens in actibus furoris particularibus probandis d. conclusione 127, numero 3, cum sequentibus, & plures referens Stephan. Lamberteng. de contrah. glossa 17, numer. 16, cum sequentibus.

Secundo, quando agitur de probando aliquo actu, in quo de necessitate tempus sit probandum: vt quia aliquis intendit probare possessionem alicuius rei aliquo tempore limitato, tunc namque requiruntur testes contestes, & singulares non sufficiunt, vt colligitur ex glossa in d. l. ob carmen, §. final, & Iacobus Leonissa vbi supra, numero 22, sequitur expresse alios citans Mascard. vbi supra, numero 38, & 61, & haec est communis doctrina, secund. eundem d. conclusione 127, numero 10, quam sequitur etiam Stephan. Lamberteng. vbi supra, numero 22, ex quibus videbatur in proposito, non sufficere testes singulares ad probandum dissensum, & poenitentiam mandati praecedentis ad contrahendum matrimonium, & quod tempus dissensus ante celebrationem prioris matrimonij fuerat necessario probandum.

Sed re vera non obstant praedicta limitationes, & quidem non prima, quia ea procedere possent, quando hic non ageretur de probando dissensu in genere (prout agitur) sed solum de actibus particularibus eius: ac in nostro casu agitur de probando dissensu in genere ante praestitum consensum virtute praed. mandati: ergo sufficiunt testes singulares, praesertim cum etiam reddant rationem, & testificent conformiter de aliquibus actibus particularibus loco exempli: exempla autem non astant regulam.

Nec alterat substantiam, & naturam, vt constat in specie ex Hypopolit. Riminald. Iun. vbi supra, & tenet in terminis Petret. consil. 319, numero 24, vbi quod ad probandum actum in genere, qui habet in se tractum successiuum, & reiterabilem sufficiunt testes singulares diuersorum actuum & temporum, & quod licet sit quaestio disputabilis, pro affirmatiua est glossa, & communis o-

pinio Doctorum, & iterum consil. 390, numero 1, cum sequentibus, vbi hoc fundat, praecipue in probanda copula.

Et quod in ijs, quae secreto sunt, admittuntur probationes per coniecturas; & numero 2, quod inter opiniones praevalet opinio glossae, quia omnes alias antecellit, & quod qui adhaerebit opinioni glossae nunquam errabit.

Non obstat secunda praefata limitatio, quia cessat in nostro casu, in quo omnes testes deponunt, & testantur de dissensu, & poenitentia Magnatis sui mandati ad contrahendum cum prima, & hoc ante celebrationem praed. primi matrimonij, & cum his expeditur prima responsio ad regulam, quae habet quod testes singulares regulariter non faciunt fidem.

Secundo respondetur non procedere praed. regulam, si iudex ex aliqua iusta causa inducatur ad credendum testibus singularibus, quia potest id facere, sicut etiam induci potest ad non credendum in casibus, in quibus ipsi probant, vt constat ex Gabriele vbi supra, numero 60, & 62, vbi plures refert, quia omnis fides testium est iudicij arbitraria, & ex Stephan. Lamberteng. vbi supra, numero 37.

Tercio quod praed. regula fallit, quando testes sunt valde digni, & deponunt verisimilia (vt in proposito contingit) ita tenet cum alijs, quos citat Anton. Gabriel vbi supra, numero 71.

Quarto limitatur regula praefata, quae habet, testes singulares fidem non facere, vt non procedat, quando ratio concordiae testium singularium est eadem veritas, vt cum Mariano Socin. resolut. idem Gabriel vbi supra, numero 71, vt hic videtur esse.

Quinto non procedit, quando cum testibus singularibus concurrunt aliae coniecturae, Aymon Crauetia de antiqui. tempor. 2. parte numero 59, & Gabriel vbi supra, numero 77, vel alia adminicula, Paulus de Castro consil. 281, num. 10, ad finem, versio, item obstat, quod testes singulares, & lib. 1. consil. 250, post num. 3, lib. 2, Aymon Crauetia consil. 178, numero 8, Cefalo consil. 149, sub, num. 12, versio, & prospera, Roland. à Valle consil. 82, num. 47, volumine 21, Petrus Surdus consil. 95, num. 67, sed hic concurrunt, vt praediximus: ergo, &c.

Sexto, & ultimo responderetur, quod in presenti causa non solum adsunt testes singulares praedicti dissensus, sed etiam, ultra eos, adsunt alij testes contestes, quatuor, vel quinque actuum dissensus, & clarè poenitentiae, vt constat ex memoriali deducto fideliter ex processu iussu iudicum.

Praesertim, quod etiam in ceteris testibus, vbi non constat de singularitate testium, loco, & tempore in dubio, praesumuntur contestes, licet ipsi se non inuicem allegent, cum possint esse contestes, vt refert plures Authores huius doctrinae Anton. Gabriel conclusione secunda de testib. num. 5, & 8, eamque sequitur Ioan. Vincent Honded. consil. 15, num. 21, volumine 1, vbi numero 23, addit, hoc praecipue locum habere, quando testium dicta concordant, & tendunt ad eundem finem, & praeterea singulares non sunt, sed contestes secund. Crauetiam consil. 73, numero 34, Bursar. consil. 118, numero 22, lib. 1, vbi communem dicit: & in presenti causa hoc contingit.

Ad quartum fundamentum partis contrariae respondemus, quod hic non sumus in dubio, sed in casu claro, siquidem dissensus sufficienter probatur multis modis, vt patet, ex supra dictis.

Ad quintum, de verbis enuntiativis responde-

mus, quod est aliquando ad si fuerit incidente de dicto dissentiu cum de alijs principaliter ageretur...

65 Et quando ad sunt verba dispositiva bene probant quia ipsa stant de per se, cum emanent principaliter propter se secund Bald. in l. 1. numero 9. C. de falsa caus. aduella legat. & sentit quoque Marthus de Allici. decis. Neapol. 83 numero 1. & in xtro que casu...

66 Præterea verba annuntiatiua probant, quando sunt necessaria ad adum de quo agitur. & eius validitate, quoad illum adum, vt tenet Anton. de Butriano cap. illud de presump. quem sequitur Felin. in ca. per suam numero 12. de probat Decius in Auth. si quis in aliquo documento numero 37. C. d. edend. Greg. Lopez. in l. 32. titulo 11. part. 5. in glossa. Creyda.

67 Similiter verba enunciativa inducunt dispositionem, quando illad enunciatum importat dispositionem, & profertur ab eo, qui disponere potest ita additio. Alex. consil. 21. num. 4. litera D. lib. 3. vt in nostro casu contingit, ergo, &c.

Ad sextum, & vltimum fundamentum partis contrarie, quod est fortius omnibus, nempe quod in casibus matrimonialibus requiruntur testes omni exceptione maiores, præcipue cum agitur de infringendo matrimonio, & de dissolutione ipsius: respondemus probando contrarium, & quidem,

68 Primo, quia quando agitur de fodere matrimonij, & sic de eo contrahendo, vel probando, nõ requiruntur testes omni exceptione maiores, quinimo etiam femine, & consanguinei admittuntur æternas seruandis. vt in cap. super 40. et secundo de testib. & vbi communiter DD. & in cap. videtur, qui maritum accusare poss. estque recepta opinio, arbitrio tamen iudicis, qui caute perpendat quanta sit testibus adhibenda, secundum Couar. in quarto de sponsal. secunda parte cap. 8. §. 12. numero 3. in versic. nam in bacibus, receptum tamen, est communis, vt plures allegans late probat Mascard. in 2. tomo de probat. conclusio. 102.3. numero 15. per totum, & ante cum Anton. Gabriel. lib. 1. de testib. conclusio 9. per totam in prima editione, & Ioan. Bapt. Ferret. consil. 383. num. 41. vbi quod sufficit regularis probatio, id, quod etiam constat ex l. 16. tit. 9. part. 4. que ita se habet.

69 Negando aliqua mulier en uxor, que non fixera pleyro de casar con aquele que la dep. andasse por esposa. Si aquel que la demandasse quisiese esto probar puede adozir en testimonio testis parentes mismos en vno con los della, & los della tan fuertemente, & otros qualesquier de buena fama: pero si aquel que demandasse la muger por esposa, non fuejio tan rico, ni tan bono, adozir tan poteroso, ni de tan buen linage como la non puea, adozir sus parentes en testimonio, porque lo puecharia contra a los que quieren acrecer honra, & proude suparienete, & otros si fueren iguales en estas cosas sobredichas, & non pueden adozir, aquel que la demanda por esposa en testimonio sus parentes con los della, & con otros estranhos. Si alguna muger demandasse por esposa algun bo-

mo, & lo el negasse, en esta misma manera podria testimoni-
nar contra el.

Hoc in parentibus, & consanguineis, vel alijs quibuscumq; bonæ fame, vt ibidem cauetur procedit, non tamen in alijs inhabilibus, qui iure alias repelluntur à testimoniando nempe infames per iuri, inimici, excommunicati, & similes: hos namque non reperio iure admissos ad plenam probationem faciendâ in causa matrimoniali, nec in alia regulariter, & hoc, quando sponsalia, vel matrimonium sunt, & celebrantur sine presentia Parochi, & absque instrumento publico, sed tantum coram testibus inhabilibus, vel etiam per instrumentum priuati, negatur tamen ab vna partium, tunc namque testes inhabiles sids non faciunt, quamuis sint consanguinei, quod si stant coram parochio, & testibus, vel sponsalia coram Tabellione, vel Notario publico per instrumentum, quicumque testes etiam prædicti inhabiles sufficiant, vt statim dicemus.

Et quod testes inhabiles regulariter ad testificandum non admittantur, tenent communiter vbi que DD. & tradit pro regula cum suis ampliacionibus Farinatus de oppositione conu. a. test. questione 62. in princip. numer. 19. cum sequentibus: plus namque est dicere testem omni exceptione maiorem, quam idoneum.

Vnde, quod inhabiles in causa matrimonij admittantur, nullus opinatur, vt testatur Farinatus vbi supra, in sexta limitacione numer. 102. in fine: addo ego, nisi quando sit matrimonium coram parochio, & testibus, vel sponsalia instrumento publico, vt statim dicemus.

Quando vero agitur de probando matrimonio clandestino, omittis opinionibus, de quibus per Mascard. d. conclusio. 1022. numer. 9. cum sequentibus, videnda est decisio Rota 209. numero 12. nouissim. in prima parte per suam, vbi in materia distinguit tres casus principales: quam citat Farinat. vbi supra, numero 103.

Secundo, quia inquit, & pluribus fundamentis comprobatur Thom. Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputacione 41. numero 55. verius est ad matrimonij valorem sufficere quoscumque testes habentes vsum rationis, nec desideratur, quod habeant qualitates à iure requisitas, vt in alijs negotijs, habiles, ac legitimi testes habeantur, vt in d. l. Regia cauetur, ibi, & otros qualesquier de buena fama: quare sufficit, licet sint infames excommunicati, parentes, consanguinei, serui, familiares, femine imo & infideles, vt ait Alphonsus Veracrucis statim citandus.

Vergentiora autem fundamenta huius opinionis sunt sequentia.

Primum, quia testes instrumentarij appositi in 74 instrumento ex communi contrahentium consensu, quamuis alias sint illegitimi, & inhabiles, faciunt sufficientem fidem, nec repelluntur, iuxta glossam in Auth. de testib. §. & licet, verb. & supplicij Bald. in l. parentes numer. 1. versic. vel dic. C. de testib. est communis sententia, vt plures allegans testatur Farinat. d. oppos. conu. a. test. questione 54. numer. 40. & questione 62. numer. 110. cum sequentibus, vbi pluribus modis eam ampliat, & limitat, & cum testibus cum alijs Thom. Sanch. vbi supra, d. numer. 5.

Et procedit generaliter in quocumque actu, in 75 quo testes sunt vocati & rogati à partibus, vt inter sint in eo, iuxta eandem glossam, & quamplures alios DD. quos refert, & sequitur Farinat. d. quest. 61. num. 111. vbi num. 115.

Quod procedit non solum in testibus instrumentarijs, & sic adhibitis in publico instrumento, sed etiam

etiam in adhibitis in priuata scriptura, secund. Bald. & alios DD. quos ibi ad hoc citat, quod verum intelligo, quando priuata scriptura non negatur, & numero 116. inquit Farinat. vbi supra, quod multo magis hoc procedit in testibus subscriptis tam in publica, quam in priuata scriptura.

77 Sed sic est, quod testes in matrimonio adhibentur communi consensu contrahentium: ergo sufficiunt quicumque, præsertim cum in libro parochi describendum sit matrimonium cum nominibus testium, vt præcipitur in ca. 1. Decreto de reformatione matrimonij, sessione 24. Concil. Trident.

Secundum fundamentum huius opin. est, quod Concil. Trident. non requirit ad valorem matrimonij nisi parochum, & duos, vel tres testes simpliciter, non exprimens, quod sint idonei, prout in casu, & specie tex. in cap. cum esset. de testament. exprimitur, ibi coram presbytero, & tribus, aut duobus alijs personis idoneis: ergo ad valorem matrimonij non requiritur aliqua qualitas præter eam, quæ iure naturæ est necessaria, vt testimonium ferre possint, nempe vt competes sint vsus rationis. Quibus fit, vt hanc principalem conclusionem, nempe, quod ad matrimonium probandum, eiusque valorem sufficiant præd. testes alias inhabiles, verius tenuerint, & probauerint Alphonsus à Veracrucis in suo Speculo conuogorum, dubio 7. per totum, Marcus Anton. Cuch. lib. 5. insti. maior. titulo 11. numero 61. D. Spino in suo Special. Testam. glossa 15. numero 40. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. numero 9. Ioan. Segur. in suo Director. Indicum Eccles. 2. parte cap. 15. numero 60. Manuel Rodrig. in primo tom. sua summa, in secunda editione ca. 92. numero decimo octauo.

Petrus de Ledefina de matrim. questione 45. articulo 3. puncto 3. post quædam dubium solo 193. columna 2. §. conclusio fit: quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra, & Zuell. in practico. Testam. prima parte, questione 604. numero 84. solo 183. columna 2. qua sententia meo iudicio verissima est, & proculdubio hodie tenenda attentò supradicto ca. Concil. Trident. constituto de fide matrimonij per parochum & testes, qui matrimonio interfere, licet alias inhabiles sint, nec requiritur, quod testes ad matrimonium contrahendum sint rogati, vt bene cum alijs probat Thom. Sanchez d. lib. 3. disput. 41. num. 7.

Nec obstat, quod in presentia causa non agitur de probando matrimonio, sed potius de eo dissoluen- do ex defectu consensu, qui defectus consensus probandum videtur per testes omni exceptione maiores, siquidem agitur de dissoluen- do primo matrimonio, iuxta ca. primum de consanguinit. & affinitate, & supra adducta circa hoc in præd. sexto fundamento prius partis.

78 Quoniam idem habet locum, & procedit etiam, quando agitur de dissolutione matrimonij, & separatione coniugum; non enim tunc requiruntur testes omni exceptione maiores, sed imo parentes, & consanguinei, vtriusque sexus sunt testes idonei, & sufficientes ad hoc, verum & meliores sunt, non loquor de alijs testibus alias inhabilibus, sed de his, quorum modo meminimus, vt habemus textum expressum de hoc Iuris Canonici, in cap. videtur, qui maritum accusa. post. vbi deciditur, quod parentes, fratres, & cognati vtriusque sexus in testificationem suorum ad matrimonium coniugendum, vel dirimendum admittantur, tam antiqua consuetudine, quam legibus: ideo enim (inquit, tex.) maxime parentes, etsi defuerint parentes, proximiores admittuntur: quoniam vnusquisque suam genealogiam cum testibus, & chartis, tum etiam ex recitatione maiorum scire laborat, qui enim melius scipi debent, quam illi, qui melius

sciunt, & quorum est interesse, ita vt si non interfuerint, & consensum non adhibuerint, secundum ill. nullum fiat matrimonium, quod vero legitur, pater non recipiatur in causa filij, nec filius in causa patris, in criminalibus causis, & contractibus verum est, in matrimonio vero coniugendo, & disjungendo ex ipsius conjugij prærogatiua, & quia, fauorabilis res est congrue admittantur, tex. igitur expressus est decidens conclusionem, de qua in hac tertia responsione, & qui refragari, aut cauillari minime potest, idem probat tex. in cap. super eo, et secundum de testib. & ibi glossa, & DD. per quæ iura ita tenent communiter DD. Abb. in d. cap. super eo in tertio notabili, & Couar. plures refert supra, in versiculo, & locum obiter, Greg. Lopez in l. 1. in glossa, innot. testigos, titulo 9. part. 4. & alij citari ab Anton. Gabriel. vbi supra, d. numero 3. & est communis secundum Mascard. vbi supra, numero 14. & 23. & late Viuius lib. 2. commun. opin. num. 210.

Et per tex. in d. cap. videtur, est communis sententia Doctorum, quod in causa matrimoniali parentum testimonium accipitur ad fauorem filiorum, vt plures allegans resoluat Farinat. oppositio contra testes, quest. 34. regula 3. num. 191. post Mascard. d. conclusio. 1022. numero 23. cum sequenti & superius, expresse approbantur in l. 15. tit. 9. part. 4. cuius verba sunt hæc.

Testimoniar puedo todo home, que sea de buena fama sobre pleyro de accusacion, que sea fecha para de partir el casamiento, por razon de parentesco, o de conuadex, hasta el quarto grado, & por que dudarian algunos sobre tal razon, si podrian ser aducidos los parentes en testimonio, no por bien la Sancta Iglesia de lo mostrar. Emendo, que si la muger acusasse al marido, o el marido a ella, que eran parentes, o conuadex, hasta el quarto grado sobredicho, que tambien fuesen recibidos por testigos los parentes del marido, como de la muger, para a dosazer tal matrimonio, & todo por bien, que estos fuesen ante recibidos que otros: porque mejor saben ellos el parentesco, que otros ningunos: & se irrobajaua quanto pueden para saber su linage. T lo mismo determino aquella ley si la accusacion hizo esse algun parente de las cosas, & otro estranno qualquiera, & lo mismo en los que lo quisiesen casar, de nunciando alguno, que auia entre ellos sale embargo, como sobredicho es, & juxta d. legem intelligenda est d. l. 18. in vers. Pero si el casamiento, vbi, con tantos testigos, & tales quales fueren recibidos para probar estos, feliciter, juxta formam l. 15. præcedentis, & similiter domestici admittuntur, quando accusatur matrimonium propter consanguinitatem, vt cum alijs probat Farinat. de oppositioe contra testes, quest. 55. num. 26. & num. 108.

Vnde minus caute idem Thom. Sanchez, de matrimonio lib. 2. disput. 37. sub num. 11. in versic. debent autem, se habuit, dum indubitan- te, & generaliter dixit ad probandum impedimentum debere esse testes, non tantum idoneos, sed omni exceptione maiores, id est quibus nihil opponi possit: filius allegatione Mascard. conclusio. 1023. qua in mo. lib. est 1022. num. 4. usq. ad num. 9. debuit namque Sanch. meminisse tex. in d. ca. videtur, & d. l. 15. quæ iura clare, & manifeste decidunt ad dissoluen- dum matrimonium admittendos esse testes omnes homines bonæ fame, & etiam parentes consanguineos, & affines vtriusque sexus, quos pro idoneis, sufficientibus, & melioribus testibus quam extraneos admittendos esse decidunt; non igitur recte dici potest contra præd. iura indistincte, & generaliter testes ad probandum impedimentum contra matrimonium contractum, non solum debere esse idoneos, sed etiam omni exceptione maiores, siquidem sufficit, quod sint bonæ fame, quinimo parentes consanguinei, & affines sunt meliores, quam extranei ex rationibus, de quibus

bus in d. iuribus, Mascard. autem citatus in sui fauorem per Sanchez defecit in concordia, quam assignat num. 11. & 12. ad opiniones contrarias in hoc articulo, vt infra statim dicemus in versiculo neque admisso, num. 12.

81 Addit tamen Couar. ubi supra. versio. arbitrio tamen hoc esse intelligendum arbitrio iudicis, qui caute perpendet quanta sit his testibus fides adhibenda ex causis pendentes qualitate, personarum conditione pari, aut dispari, aut dissimili, secundum Hostiens. in d. cap. super eo. & alios Auctores, quos citat, & inquit hoc colligi ex l. 16. in §. partita. & quae tamen loquitur quando agitur de probando matrimonio, quod negatur praestitisse, & inquit Mascard. d. conclusio 1022. num. 27. hoc verum esse nisi constaret, parentes, & alios coniunctos incredibili ardore desiderio, vt matrimonium, super quo deponunt, optatum finem consequeretur, quia tunc vti suspecti non essent accipiendi in testes, secundum Felin. & alios, quos ibi citat, quod temperat numero vigesimo sexto, vt locum sibi non vendicet si parentes, & coniuncti praedicti sint admodum vita integri, & honesta persone, nam ob vitia probitatem non debent repelli a testimonio perhibendo pro filiis in causa matrimoniali, vt monuit laf. consil. 2. versio. quod si quidam num. 18. volumine 2.

82 Neque admittit concordiam, & reconciliacionem eiusdem Mascard. d. conclusio 1022. numero 11. cum sequentibus inter praed. opiniones contrarias, & inter cap. 1. de consanguinit. & affinit. & c. in literis de testibus, ex vna parte, & tex. in d. cap. videtur, qui matr. accus. poss. ex altera, nempe, quod tex. in d. cap. videtur, & communis secunda opinio supra adducta procedat quando matrimonium contractum non habet praesumptiones virgines pro se, tex. vero in d. cap. 1. & in d. c. in literis cum magis communi opinione, primo loco in contractum adduct. quando matrimonium contractum habet virgines praesumptiones pro se, vt videtur constare ex illis iuribus ex tempore, & copula subsequens, secundum Becium consilio 162 numero 3. quia nihilominus concordia haec diuinat ad casum d. cap. videtur, vnde non est tenenda, & praeterea est falsa, quia tex. in d. cap. 1. & in d. cap. in literis, eorumque dispositio non fundatur principaliter in consummatione matrimonij, vt ibi per DD. sed in eius vinculo indissolubili, etiam si non sit consummatum matrimonium propter magnitudinem sacramenti, & periculum animae eius dissolutionem praecedentis.

83 Tex. igitur in d. ca. 1. de consanguinit. & affinit. requirit testes omni exceptione maiores ad dissoluendum matrimonium propter consanguinitatem, vel affinitatem non excludit parentes, & consanguineos ad probandam consanguinitatem, vel affinitatem inter coniugatos, nec est praesumendum, eos voluisse excludere, siue matrimonium sit copula consummatum, siue non, in hoc namque nulla vis est, cum indistincte sint admissi per d. ca. videtur. cum similib. quod minime corrigitur per d. ca. 1. nec d. c. in literis, sed tantum decidit d. ca. v. quod si per testes circumspicuos omni exceptione maiores constiterit de affinitate coniugum in quarto gradu, diuortium fiat inter eos.

Tex. vero in d. ca. in literis de testib. inquit, quod non sunt idonei testes, quos actor de familia sua produxerit ad probandum impedimentum matrimonij, nec sunt admittendi aliqui, nisi probate sint vitae, & opinionis, de quibus verisimile non sit, quod debeant pro aliquo deicere: at huiusmodi sunt parentes, & consanguinei vtriusque sexus, vt in d. cap. videtur, cum similib. ergo eos non excludit d. ca. 1. nec d. c. in literis, imo potius declarantur haec

jura per d. ca. videtur, praecipue cum hi melius sciant suam parentelam, & genealogiam, quare sunt meliores, & idoneiores testes, quam alij, vt in d. cap. videtur, & in d. l. 15. titulo 9. partita. & ita bene concordantur omnia praed. iura, & reuera sunt contra-ria inter se.

Illud autem quod praediximus, eos dici testes 84 omni exceptione maiores, contra quos nulla exceptio opponi potest, intelligi debet, non quidem simpliciter contra quos nulla exceptio opponi potest, sed qui non possunt repelli aliqua exceptione legitima, secundum Abb. in cap. 1. numero 32. de iudic. & post eum, & alios Honded. consil. 77. numero 21. volumine primo, & tenuit prius gloss. in d. ca. 1. verbo in uocis de consanguinit. & affinitate, sed parentes, & consanguinei bonae fama in proposito sunt legitimi testes, vt in d. ca. videtur, & l. Regia 13. ergo repelli non possunt, & sunt omni exceptione maiores in causa matrimoniali, tam quando agitur de probando matrimonio, quam de eo separando, & dissoluendo, vt in d. ca. videtur, & in d. l. Regia.

Praeterea tex. in d. ca. in literis ideo repellit testes 85 de familia actoris, quia non erant honesti dicebant enim se interuenisse facto inhoneste perpetrato per dominum secundum Bald. ibi. per l. hac verba, ff. de adult. & sic vt participes repellentur secundum eundem, quem sequitur ibi Felin. numero sexto, vnde si fuissent honestae persone, non processisset illa Decretalis, secundum ipsum, qui ita intelligit l. confessa C. de repudiis ex Innoc. quem citat, qui ibi, super verb. familia, exponit, seruos, vel in patria potestate constitutos, & quod alij familiares possunt licite reddere testimonium, vt in cap. super prudentia 14. questione 3. & quod iudex diligenter attendat honestatem persone, vt nisi honesta sunt nullatenus eis credatur, vt ibi, addit Felin. ibidem numero 8. considerandum fortiter pro hoc, quod mater, & similes, testificantur in talibus, etiam in praedictum matrimonij consummati, vt in d. ca. videtur, & in d. ca. super eo; vnde non est diuersa ratio in familiaribus honestis, quem intellectum sentit glossa in summa 14. quaest. 2. in fine.

Potest etiam responderi ad d. ca. in literis, loqui nempe de illo, qui ad dissoluendum matrimonium allegauit impedimentum affinitatis causatum ab ipso opponente ex copula illicita, & contra quem urgebant aliae praesumptiones calumniae, vnde illo casu grauatior probare impedimentum per testes probatae fidei, & opinionis, vt ibidem per Abbat. & Felin. post Aret. quos refert, & sequitur Ioan. Baptista Ferrer. consil. 302. numero 7. & insuper ibi, alteri coniugi nulla culpa imputari poterat, & de opponente malitia apparebat propter habitationem simultaneam septennij, & probationem, quam offerbat ex suis domesticis, & familiaribus, qui non erant persone honestae, siquidem copula illicita asserabant se interfuisse, & nunquam antea id manifestauerant: ex quibus iustificatae Summo Pontifice iudicantur suspecti, & non admittendi.

Habemus igitur ex supradictis plane probatum, quod testes consanguinei, & familiares bonae famae admittuntur in testimonium in causa matrimoniali, non solum quando agitur de federe, & valore matrimonij, sed etiam de eo infringendo, & dissoluendo: quod non solum probatum auctoritate grauissimorum virorum, & communis opinionis, sed etiam decisione textuum Iuris Pontificij, & legum Regiarum.

Quod si dicatur in praesenti causa non agi de dissoluendo priore matrimonio ex causa consanguinitatis, vel affinitatis, quo casu loquitur tex. in d. c. vide-

tur, cum similib. & hoc ratione particulari eorumdem iurium, sed de dissoluendo matrimonio, ratione dissensus, & tacite reuocationis mandati intercedentis, antequam ibi celebraretur, in qua specie non loquuntur praed. iura, nec militat eorum ratio supra dicta, nempe, quod vnusquisque suam parentelam, & generationem scire laborat: nec etiam dicitur quod ratio posita in fine d. ca. videtur, ibi: quod vero dicitur pater non recipiatur in causa filij, & c. sit generalis, & sic videatur omnes casus comprehendere, iuxta plura a nobis cumulata lib. 3. praedictae. questione 17. numero 75. cum pluribus sequentibus, de quibus supra in secundo articulo, principali mentionem fecimus, quia species praecedens d. cap. videtur, est specialis, nempe cum agitur de dissoluendo matrimonio ex causa consanguinitatis vel affinitatis, & species antecedens restringit, & arctat genus sublequentis, l. vltima §. cui dulcia ff. de iuric. vno, oleoque legat. & ibi glossa Bart. & DD. tex. in cap. sedes de rescript. & Clementin. non potest, de procurat. cum similib. late Felinus in d. cap. sedes; ergo tex. in d. ca. videtur solum habet locum in sua specie, in qua loquitur: secus vero in alia dissimili.

87 Respondebitur, haec minime obstat, quia decisio tex. in d. ca. videtur, procedit etiam in probatione cuiusque alij impedimenti matrimonij, in quo militat eadem ratio, & praeterea in probando dissensu ante matrimonium celebratum interuentis, qui est noster casus: & probatur primo, quoniam ratio illius tex. in fine posita praegans, & generalis est, nempe, quod in matrimonio coniungendo, & dissoluendo parentes, & consanguinei congrue admittuntur ex ipsius coniugij praerogatiua, & quia fauorabilis res est, ergo vbicumque haec ratio militat idem ius est statuendum, l. vltima ad l. Aquil. cum similib.

Secundo, quia quando ratio legis est generalior, & decisio particularis, tunc ratio illa generalior pro lege habetur, & decisio loco exempli habetur iuxta communem omnium Doctorum sententiam & doctrinam, quam adduximus d. quaest. 17. num. 101.

Tertio, quia ratio particularis d. ca. videtur, nempe quod parentes & consanguinei admittuntur in testes, quoniam vnusquisque suam genealogiam, & c. quere, consanguinitas, & affinitas non potest bene probari per extraneos, vt sit quotidie per eos, & per consanguineos? potest quidem, vt pater: quare igitur textus in d. cap. videtur censet, & reputat pro melioribus testibus ad probandam consanguinitatem, & affinitatem parentes, & consanguineos, quam extraneos, nisi quia illi melius hoc sciunt: ergo eadem quoque ratio militat, & procedit in reliquis impedimentis dirimentibus matrimonium, quae melius per consanguineos domesticos, & familiares bonae vitae & fama probari possunt praecipue, in dissensu, & tacite reuocatione mandati, quando causa aliqua adest seruandi secretum, prout in praesenti causa adfuit, & quidem maxima, nempe timor reuerentialis patrii cui ipsius minis, & reliquis de quibus supra: & ita Abbas in d. c. videtur generaliter intelligit eum tex.

88 Quarto, quia etiam generaliter in materia relictum traditum est a nostratibus, quod quando agitur de probando aliquo negotio, in quo familiares verisimiliter habent maiorem notitiam, quam alij tunc admittuntur, licet alias regulariter contrarium sit a iure inductum, vt cum Ioanne Crito tradit Gigas consil. 29. numero 25. estque glossa expressa in d. ca. videtur, verbo legibus & inquit Stephanus Auerrius de reprobatione testium, numero 26. quod in ijs, quae verisimiliter melius sciuntur

per domesticos, & familiares, quam per alios, admittuntur domestici secundum Ioan. Andr. & Barro quos refert, tenet etiam Hyppolit. in libro 1. numero quarto C. de quaestione, Viuius in lib. commun. opinionum, conclusio 8. versio. testes affines fol. 379. quos refert, & sequitur Rota Genuens. 130. numero 5. addens, quod secundum Barcol. in l. quosies, de naufrag. lib. 11. & Aretin. consil. 13. numero 17. his casibus familiares, & domestici melius scientes praferuntur alijs testibus: idem in hoc vltimo cum alijs tenet Anton. Gabriel. ibidem, dicit de testib. conclusio 10. numero 38. & quod recipiantur, cum, Bart. & Ant. de Burro tenet Anton. Gabriel. ibidem numero 40. & non solum haec doctrina potest dici communis, sed ab omnibus recepta est, vt plurimos citans affirmat Farinat. de oppos. contra testes, quaest. 55. num. 27.

Quinto in proprijs terminis dissensus, quod sufficit testes esse fama, & conuersatione praecarios, (prout sit examinari in proposito) probatur ex tex. in cap. super, qui matr. accusat. poss. qui tex. subsequitur immediate post d. cap. videtur, estque eiusdem Summi Pontificis, nempe Clementis III. dum ibi defectus consensus probatur per praed. testes, nec requiritur, quod alias sint omni exceptione maiores: quod si ibi non fuit dissolutum matrimonium, id contigit propter consensum puellae, & ratificationem per copulam subsequitam: ergo si puella illa in copulam non consensisset, sed exaret in suo priori dissensu, recte probatur remaneret dissensus per praedictos testes.

Sexto probatur ex doctrina singulari, & extraordinaria magni illius praedicti, & famosi Iuriconsulti Alberici de Rolatis in tractatu de testib. titulo quando testes repellantur varione domesticitatis, numero 21. volumine 2. tract. diuers. Dicit, in antiquis, folio mibi 178 vbi loquens in proprijs terminis d. cap. videtur, qui matr. accusat. poss. de quo agimus, inquit, & docet pro constanti, quod non solum in impedimento consanguinitatis, verum in quocunque alio, ex quo matrimonium veniret dissoluendum, domesticis admittuntur, & addit, quod hoc de facto seruatur, & dicit expressam glossam ad hoc in cap. 1. 14. questione 2. quem refert, & sequitur Gigas d. consil. 29. numero 24. idem suprad. non allegans, tenet & probat Mascard. d. conclusio 1022. numero 8. & Farinat. de oppos. contra testes, questione 55. numero 108. si domesticis admittuntur, ergo & a fortiori consanguinei bonae fama, vitae, & conuersationis coram quibus occulte dissensus fuit pronuntiat, ex praed. iusta causa metus reuerentialis patrii.

At regula d. cap. sedes de rescript. §. final. §. in cuius d. l. cia. ff. de iuric. vno, oleoque legat. cum similib. non obstat supradictis, quoniam d. cap. sedes. procedit in rescriptis, in quibus propter eorum odiositatem ponitur specialis doctrina, secus est in mandatis procuratorum, & in contractibus, & alijs, in quibus licet nominentur persone minores, veniunt etiam maiores, & negotia maiora, vt cum Innoc. & alijs probat Felin. in d. cap. sedes, num. 3. in quinta declaratione, & praed. l. final. §. 10. cui dulcia, loquitur in legatis, quae non extenduntur ultra mentem testantis in praedictum haredum: Respondemus secundo, & vrgentius, quod regula d. cap. sedes. loquitur in dispositione hominis: nos vero agimus in dispositione Legislatoris, quae & ratio generalis comprehendit, & decidit virtualiter omnes casus, & pro ipsamet lege habetur & decisio particularis loco exempli est, atque habetur iuxta communem doctrinam ab omnibus sequutam, quam supra adduximus, quae potius locum hic habet, quia est in proprijs terminis, quam contraria, dua